DE COMICIS GRAECIS LITTERARVM IVDICIBVS[1]

QVAESIVIT

GVILIELMVS WILSON BAKER

QVAMQVAM complures iam antea de iudiciis poetarum in comoediis Aristophanis undecim quae exstant repertis quaesiverunt, nec non obiter saepe fragmenta nonnulla et illius et aliorum comicorum tractaverunt, de his absolute nemo, quod sciam, disseruit. Hoc igitur in libello exponere mihi proposui, quid de se ipsis et de aliis scriptoribus iudicarent comici Graeci, ita tamen ut eorum cum de poetis iudicia, tum de oratoribus et saepe de musicis — quippe qui ad litteras pertinerent — includerem. Maximam tamen partem, ut necessario aliorum, sic Aristophanis consulto, fragmenta sola sunt consideranda, nec fragmenta quidem omnia. Ea enim, — secundum Atticae comoediae licentiam minime scilicet rara, — quae corpus vultumque, vitam, genus, mores derident poetarum, neque ad opera omnino pertinent, prorsus sunt neglegenda.[2] Non enim in animo habeo de poetis scriptoribusque aliis qui reprehendebantur laudabanturve dicere, sed magis cognoscere atque exponere quomodo quatenusque comici de litteris ac rebus ad litteras spectantibus iudicia fecerint.

Ac pauci mihi haec suscipienti viam aliqua ex parte monstraverunt, ipsi ea paulum progressi. Quo in numero sunt[3] Thérius, *Histoire des*

---

[1] Hoc opusculum tres abhinc annos, specimen quod vocatur eruditionis, Ordini Academico huius Vniversitatis oblatum, ut sic ad gradum Doctoris Philosophiae admitterer, nunc aliquanto perfectius, ut spero, multis quidem mutatis, multis adiectis, edidi. Occasione autem data, gratias palam agere eis volui quibus tantum debeo, doctoribus et amicis meis, professoribus Harvardianis, atque imprimis et Morris Hicky Morgan, qui me primus adduxit ut iudiciis antiquis ad litteras pertinentibus studerem, mihique scribenti saepe consilium dedit et Alberto Andreae Howard, qui huic volumini edendo praefectus, cum iam extremam operi manum imponerem, ipse haec perlegens magno mihi multis modis erat auxilio.

[2] Egger vero, in libro *Hist. de la Crit.*, de scriptis scriptoribusque iudicia a comicis facta saepe in unum confundit; cf. infra, p. 153, adn. 1.

[3] Mazzarellae librum (*Della Critica Libri tre:* I, *Storia della Critica*, Genova, 1866) non vidi. Vitiosum tamen opus eum iudicant Gayleius et Scottus, *Methods and Materials of Literary Criticism*, Boston, 1899, p. 69.

Opinions Littéraires chez les Anciens et chez les Modernes[2], Paris, 1848, I, pp. 107 sqq.; Egger, *Essai sur l'Histoire de la Critique chez les Grecs*[2], Paris, 1886, pp. 1–89; Saintsburius, *A History of Criticism and Literary Taste in Europe, from the earliest texts to the present day*, Edinburgh, 1900, I, pp. 1–28. Breviter rem tetigerunt Patinus, *Études sur les Tragiques Grecs: Euripide*[7], Paris, 1894, II, 415–428, et Couatus, *Aristophane et l'Ancienne Comédie Attique*[8], Paris, 1902, 313–356; nec praetermittendus est Sandysius, *A History of Classical Scholarship, from the sixth century B.C. to the end of the Middle Ages*, Cambridge, 1903, pp. 52–57. Petersius, *Aristophanis iudicium de summis suae aetatis tragicis*, Monasterii, 1858, pp. 63 sqq., de tribus illis praeclaris tragicis iudicia collegit; ea quae breviter scripsit Jaspar, *Des Aristophanes Urtheil über die drei grossen Tragiker Athens*, Altona, 1863, ad *Ranas* solas spectant nec hic sunt consideranda. Roemer, *Ueber den litterarisch-aesthetischen Bildungsstand des attischen Theaterpublikums* (*Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXII, p. 1), et Froehdius, *Beiträge zur Technik der alten attischen Komoedie* (*Berliner Studien*, N. F. III, 1), finem longe aliam sibi proponentes multa tamen fragmenta tractaverunt. Denique de Aristophane solo disseruerunt Hamelus, *De la Critique Littéraire chez Aristophane* (*Mémoires de l'Acad. R. d. Sc., Inscr., et Belles-Lettres de Toulouse*, 3e série, I, pp. 169–201), et Settius, *La Critica Letteraria in Aristofane*, Pisa, 1877 (*Annali d. Reale Scuola Norm. sup. di Pisa, Filosofia e Filologia*, III, pp. 139–222). An Harwardtus opusculi sui, *De Aristophanis irrisionibus earumque fide et usu*, tertiam partem ad poetas et philosophos pertinentem ediderit, quam ipse priores dicit secuturam (*ibid.* Particula I, Regimonti Borussorum, 1883), nescio. Multi certe qui litterarum Graecarum scripserunt historias hanc rem quoque aliqua ex parte respexerunt; quorum nomina percurrere vix operae est pretium. Kocki libris, *Comicorum Atticorum fragmenta*, Voll. I–III, Lipsiae, 1880–1888, et eiusdem numeris uti, si quis comicos Graecos investigat, fere necesse est. Si quis autem illis tantummodo utitur, nec Meineki quoque opera pretiosissima, *Fragmenta comicorum Graecorum*, Voll. I–V, Berolini, 1839–1857, legit, multa eum fugiunt. Hunc igitur saepe adii, semel atque iterum secutus sum. In Epicharmo et Lorenzius, *Leben und Schriften des Koers Epicharmos nebst einer Fragmentensammlung*, Berlin, 1864, et Kaibelus, *Comicorum Graecorum fragmenta*, Vol. I,

fasc. prior, *Doriensium comoedia, mimi, phlyaces*, Berolini, 1899, magno erant usui.

At ipso in principio de huius quaestionis genere perobscuro et dubio nonnulla praefari oportet. Cum enim fragmenta saepe corruptiora sint quam quae sanari posse videantur, immo etiamsi a vitiis sunt libera, nihil tamen certi de absoluta poetae sententia e paucis versibus, nedum uno versu aut verbo, colligi potest. Praeclare enim Symondsius, *Studies of the Greek Poets*[3], London, 1893, II, pp. 200–201 : Vt viri in maris litore algas saepe scissas et confractas magno labore colligant, neque omnino ad illas magnas quasi silvas algarum in profundo crescentes appropinquare possint, sic qui hanc nostram rem tractent quasi oblivionis mare circumeuntes nihil aliud facere posse quam mutila fabularum fragmenta et casu servata conquirere. Planissima igitur quae sunt iudicia, tali nomine hac una de causa appellare licet, quod saltem ceteris paulo sint planiora. Nam versibus propinquis amissis, persona quae loquitur ignota, fieri potest ut quae verba laudem continere videntur, haec olim culpam acerbam praebuerint; quae olim cum ironia sunt dicta, nunc vera simpliciaque esse videantur. Nec semper autem ea quae poetae in fabulis scripserunt sententiae verae ipsorum sunt habendae: haud enim raro per ora personarum dicunt non ea quae ipsi sentiunt, sed quae alios sentire putant, et ipsi fortasse postea repugnaturi sunt. Quo autem modo detorqueri possit ac prave intelligi vis sententiae de loco proprio demotae, hoc e *Nubibus* Aristophanis, v. 1366, exemplum ostendit:

ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς.

Hunc versum unum si nullis aliis adiectis traditum haberemus, haud dubie Aeschylum ab Aristophane arbitraremur effuse laudari. Proximo tamen quoque versu perlecto, statim pro laude evadit obtrectatio:

ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.[1]

Nec his quidem duobus certiores fimus de poetae ipsius sententia; nam a Phidippide quodam, iuvene novis praeceptis Socraticis imbuto neque

---

[1] Sic MSS.; nonnulli ordinem versuum permutant. Murrayus autem, *On Parody and Paratragoedia in Aristophanes, with especial reference to his scenes and situations*, Berlin, 1891, p. 1, in priore versu veram poetae ipsius sententiam contineri arbitratur.

omnino ipsi Aristophani similia sentiente, haec verba dicuntur. Quare haud raro nos de vi fragmentorum esse deceptos credibile est. Aliquando certe scriptor vetus cum fragmentum tradit, tum narrat et qua significatione et a qua persona olim in fabula perfecta dictum sit. Multo tamen saepius, praesertim cum apud grammaticum de rebus metricis sive grammaticis agentem verba inveniuntur, caute pedetentimque progredi necesse est. Itaque tam dubiis in rebus versanti mihi oportet lectorem ignoscere, si saepius verbis utar dubitationis. Non tamen infitiendum est haec eadem fragmenta, tam parvas magnarum fabularum reliquias, ipsa etiam maximam nobis scientiae copiam suppeditare.

Genera vero iudiciorum duo sunt distinguenda: alterum eorum quae aut in fragmentis exprimuntur, aut saltem a poeta olim scripta et nunc amissa, testimoniis tamen eruditorum veterum, indicibus fabularum ipsis aliqua ex parte restituuntur atque intelliguntur; alterum eorum quae ne litteris quidem a poeta tradita, artis tamen eius ratione diligenter examinata, colligi possunt. Hac igitur divisione facta, comicis singulis secundum temporis ordinem dispositis, cuiusque poetae primum illius generis, deinde huius, iudicia proferam. Illa autem sic partiar et dividam ut primo loco ea ponam quae de Homero, de Hesiodo, de ceteris antiquioribus sunt facta; secundo, quae de poetis tragicis; tertio, de comicis; quarto, de ceteris scriptoribus et litteris omnibus, exceptis tamen eis sententiis quas de se suaque arte poeta dixit; quintum enim in locum has reservabo. Deinde eiusdem poetae certa alterius generis iudicia sunt excutienda, primum quae usitatis indicibus, deinde quae imitatione aliorum poetarum sive seria sive ridicula, tum quae iteratis et in eadem et in alia fabula verbis versibusque, postremo quae fabulis emendatis iterumque editis significantur.

Priori vero generi iudiciorum prooemium non opus est, sed de hoc posteriore, tum postea quoque de iudiciis apud scriptores comicos antiquiores repertis, priusquam fragmenta ipsa quae collegi profero, complura disserere velim.

Indices igitur comoediarum, ut ab his incipiam, saepe iteratos esse nemo certe nescit. Κιθαρῳδός enim est nomen fabulis novem, Ἀδελφοί, Θησαυρός septenis, Ἀταλάντη, Δίδυμοι, Διόνυσος, Ἐπίκληρος, Κένταυρος, Παρακαταθήκη, Σαπφώ senis. Eodem autem indice tam frequenter utuntur poetae complures ut cum fabulae comicae Atticae nobis notae sint omnino fere MCCCLXXV, indices sint diversi modo ad

DCCCCV. Itaque apparet pro comoediis ternis binos indices fuisse, ac trientem fabularum omnium indicibus appellatum esse iam usitatis.[1]

Vt autem eisdem, sic similibus poetae indicibus utuntur. Verissima enim sunt ea quae dicit Athenaeus, 13, 567 c: πολλὰ δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς. Huius vero generis fabulae sunt numero fere quinquaginta.[2] Alteri autem generi, in quo tredecim sunt omnino fabulae, a septem poetis scriptae, indices sunt nomina deorum quibus additur verbum γοναί.[3] Huc accedit tertium genus, et id magnum, eorum indicum qui de Homericis poematibus ducuntur.[4] Quae cum ita sint, constat poetas, eisdem similibusque saepe indicibus usos, aliquo modo alium alium imitatos esse, et simul de indicibus usurpatis quasi sententiam dixisse. Quae tamen haud scio an sint magni momenti et ponderis. Nam fortasse indices superiorum fabularum nihil aliud esse putaverunt nisi partem materiae artis comicae sibi traditae, quam libere et quasi de more sicut histrionum personas usurparent. Quocirca parum esse videtur iudici hac in re, nisi unius poetae forte aut duorum imprimis indicibus aliquis utitur.

Vt autem indices, sic verba et argumenta aliorum poetarum comici mutuantur. Enimvero quamquam causa huius rei perdubia est, de re ipsa non dubitandum est. Bergkius scilicet, *Commentationum de reliquiis comoediae Atticae antiquae libri II*, Lipsiae, 1838, p. 420, cum

---

[1] Nec aliter in tragoediis fit, quarum indices qui inter se differunt sunt circiter CCCLXXXV, fabulae DC. (cf. Nauck. *Trag. Gr. frag.*, *Ind. fabularum*, pp. 963 sqq.). Sed apud poetas Britannicos veteres qui fabulas scripserint dissimilis exstat ratio; perpauci enim aliorum indices iterant (cf. Hazlitt., *A Manual for the Collector and Amateur of Old English Plays*, London, 1892, ubi, si calculos subduxeris, invenies fabulis CLXXI ab littera *a* incipientibus esse indices paene totidem, CLVI. Rarius tamen etiam complures eodem nomine appellantur fabulae: quinque enim fabulis est nomen *Nero*, quattuor, *Caesar and Pompey*).

[2] Athenaeus enim *loc. cit.* fabulas septem enumerat; Nauck. *Ar. Byz.* 277–8, adn. 11, alias viginti octo; Kocki in adnotationibus ad fragmenta singula additis commemoratas alias ipse conquisivi tredecim quarum haec sunt nomina: Cephisodori Ἀντιλαΐς, Antiphanis Φιλῶτις, Epicratis Ἀντιλαΐς, Alexidis Ἀγωνίς, Γαλάτεια, Ἰσοστάσιον, Πολύκλεια, Epigenis Βακχίς, Hipparchi Παννυχίς, Callippi Παννυχίς, Apollodori Νεμέα, Euphronis Αἴσχρα, Alexandri Τιτιγόνιον. Denis. *La Comédie Grecque*, Paris, 1886, II, 376, aliarum etiam octo mentionem facit.

[3] Cf. Meinek. *Frag. Com. Gr.* I, 279. Eis indicibus quos ibi collegit, addendi sunt Polyzeli Ἀφροδίτης γοναί et Anaxandridis Διονύσου γοναί.

[4] Cf. Sengebusch. *Hom. dissert. prior.*, pp. 174 sqq.

Platoni tum multis mediae comoediae poetis obiecit quod quae alii poetae scite et eleganter scripsissent, ea hi in suum usum converterent; ac Clemens Alexandrinus notissimo loco de furtis Graecorum, *Strom.* 6, 737 sqq., multa exempla apud poetas, oratores, philosophos, historicos reperta laudavit. Cobetus tamen, *Observationes criticae in Platonis comici reliquias*, Amstelodami, 1840, pp. 63 sqq., utriusque verba confutare ac Platonem aliosque furti crimine absolvere conatus est. Dicit enim Clementem illo ipso in libro alterius scripta compilantem, nihil aliud nisi absurdas calumnias scripsisse; "impudentis furti criminationem" a Bergkio in Platonem coniectam atrocissimam esse;[1] lepida fortasse et audacia inventa aliquando a comicis esse arrepta, verba tamen ipsa nisi inscienter numquam.

Neque est dubium quin aliquam partem rectae sint Cobeti opiniones. Paucis tamen in rebus inter eum Bergkiumque media via est tenenda. Nam primum, cum aliter quam nos de rebus ad litteras spectantibus Graeci arbitrarentur, nec furti nomine eadem notabant quae nos, nec legibus ullis prohibuisse videntur quominus ab aliis scriptoribus alii furarentur. Multa igitur sunt apud Graecos scriptores quae, cum illi saltem furta non existimaverint, nos sine dubio eo nomine appellemus. Deinde fieri potest ut comici qui earundem partium fuerunt omnes,[2] qui eosdem semper viros deriserunt,[3] qui easdem fabulas recentes in tonstrinis foroque auditas narraverunt, propter eam ipsam causam etiam paene inviti alius alium imitati sint. Vt Gallicus scriptor urbanus,[4] *Leur répétitions, leur redites, leur plagiats apparents étaient un des défauts inévitables de l'Ancienne Comédie, comme de toute polémique.* Quae verba cum nonnullorum iteratorum rationem lucide explicent, restat tamen ut alia multa excutiamus. Nam aut grammatici antiqui in versibus afferendis multo erant neglegentiores ac perversiores quam adhuc credimus vel etiam credere possumus aut saepenumero poetae comici,

---

[1] Kockius, I, pp. 616 et 655, adn. in Platonis fragg. 56 et 190, idem sentire videtur quod Cobetus.

[2] Cf. Denisi *La Comédie Grecque*, II, 141–142; Mahaffi *History of Classical Greek Literature*³, I, II, 214.

[3] Hyperbolus enim, quem exempli causa nomino, a Cratino, Eupolide, Aristophane, Platone, Hermippo, Leucone, Polyzelo deridebatur; Melanthius a Pherecrate, Eupolide, Aristophane, Platone, Archippo, Callia, Leucone; alii saepe compluribus a poetis.

[4] Denis. *La Comédie Grecque*, II, 142.

ut verbis Cobeti, *Obs. Plat.*, p. 67, utar, *dictiones et versiculos et tritas sententias ab aliis suffurabantur.* At "id vero antiquis Atticorum poetis," inquit, "adeo indignum est, ut nemo eorum huiusmodi sterilitatem ingenii in iis, quos oderat et spernebat, vel suspicari potuerit." Quid ergo? De re ipsa num eo magis dubitandum est? Quid tandem dicat Cobetus quod indices fabularum etiam atque etiam, ut supra demonstravi, iterabantur, tamquam si alii inveniri non possent? Quid quod dictiones et versiculos et tritas sententias poetae ipsi qui eas scripsissent, non solum comici sed etiam tragici aliique,[1] quasi suffurabantur, hoc est, quod versus suos ipsorum locutionesque, non duabus solum aut pluribus in fabulis, sed saepe in eadem fabula iterabant? Nonne hoc quoque poetis Atticis esse indignissimum respondere cogatur? At minime de ingenio illorum oportet disceptare; id enim omnes fere miremur necesse est.[2]

Quid igitur? Quae tandem res praeclarissimos poetas impulit ut aemulorum scripta hoc modo imitarentur? Primum fortasse quod quibus notissimae erant Ilias et Odyssea versusque earum saepe iterati, eis optimum et usitatissimum videretur idem facere. Deinde, quia illorum secundum opiniones nostris admodum dispares, hoc erat praeceptum haud leve:[3] *τὸ καλῶς εἰπεῖν ἅπαξ περιγίγνεται, δὶς δὲ οὐκ ἐνδέχεται.* Quare Jebbius, *Att. Orat.* I, p. lxxii, crebras tales apud oratores imitationes respiciens — 'cogitata quamvis levia, si quando perfecte et absolute litteris tradita sunt, statim pars fiunt communis rerum pulchrarum copiae.' Graeci igitur si hoc verum esse arbitrati sunt, iustissime, ut sibi videbatur — de nostrae enim aetatis opinionibus non opus est disserere — et sua et aliena verba nonnumquam iterare poterant; neque id vero propterea fecerunt quod ignaviae pravae sunt dediti, sed quod, pulchritudinis summae vel minimis in rebus semper studiosi, quae pulchra iam essent scripta, neglegere nolebant.

Huc accedit quod Graeci, harum omnium rerum fortasse neglegentiores quam nostri scriptores memoriaque tenaciores, verba aliena aut conscii

---

[1] Cf. Schroeder. *De iteratis apud tragicos Graecos*, Argentorati, 1882.

[2] Cf. Denis. *ibid.*, p. 145.

[3] Est quidem a Theone scriptore rhetorico qui aetate multo recentiore vixit et commemoratum et repudiatum: v. eius *προγυμνάσματα*, 1 (Spengel. *Rhet. Graec.* II, 62, ll. 11–12). Simile est Quintiliani iudicium, 10, 5, 5; sed cf. Cic. *de or.* 1, 154.

aut inscii usurpabant neque operae pretium esse putabant quaerere cuius esset versus quem usurpassent. Hae omnes causae, ut mihi videtur, aut singulae aut coniunctae poetas ad imitandum excitabant.

Sit vero causa imitationis quaelibet, bene profecto scripta esse comici plerumque iudicaverunt ea quae scientes imitati sint. Etiamsi enim verbis aliorum quibusdam, aut in theatro auditis aut in libris perlectis, quasi per neglegentiam usi sunt, nihilominus in usu inest quaedam approbatio, multoque magis, cum consulto ac de industria hoc factum est.

Aliquanto tamen incertiores res nunc attingimus, cum ea imitationis genera tractare incipiamus quae, Graecis verbis usi, parodiam paratragoediamque[1] appellemus. Quibus vero fere omnis aetatis comoediae Graecae sunt confertae. Verba enim olim ab Homero, a poetis dithyrambicis, a tragicis graviter usurpata, et omnibus paene spectatoribus interdum notissima, cum in comicam sententiam subito detorta essent, maxime ludicra fiebant. Vt vero comici saepenumero seria iocis tegebant, sic nonnumquam sub ludicris rebus severa iudicia celabant. Nec semper cum Aeschyli Sophoclisve versus afferunt, iudicium de meritis eorum facere volunt sed magniloquentiam plerumque tragicam deridere quo maiores spectatorum risus moveant. Sed Euripidis, qui imprimis, ut ita dicam, hoc telo petitur,[2] verba non solum ioci causa sed etiam culpationis semel atque iterum afferre illi videntur. Fere semper tamen ut iucundas et perspicuas facerent parodias, verba detorquere solebant quae populo iam erant notissima[3] aut quae semel hoc modo commemorata statim recognoscerentur. Quos igitur versus e tragoediis eligebant, hos taciti nonnumquam gratos esse vulgo iudicabant. Nam

---

[1] Paratragoedia id genus parodiae volo dicere quo non singulos versus tragicos irrideat poeta sed universum imitetur tragicum genus dicendi.

[2] Nec hoc telo tantum petitur. Ex omnibus enim fragmentis quae hoc in libello laudavi — sunt certe, ne ea quae ἀδέσποτα vocantur numerem, fere CCLXV — XXVIIII, hoc est plus decima parte, ad illum pertinere videntur. Cf. ex antiqua comoedia, Cratin. 307; Telecl. 39, 40; Eupol. 363; Phryn. 33; Ar. 130, 290, 327, 376, 471, 580, 581, 638, 676b; Plat. 30; Calliae 12; Stratt. 1; Theopomp. 34; ex media, Antiph. 191, 207; Eubul. 26, 27; Nicostrat. 28; Alex. 126; Axionic. 3; ex nova, Philemon. 130; Diphil. 60, 73; Philippid. 18. Quorum quamquam multa certe Aristophanis sunt, longe tamen erravit Wilamowitzius qui scripsit, *Obs. crit. in com. Gr.*, Berolini, 1870, p. 4, adn. 6, ceteros paene ad unum omnes comicos huic parcere.

[3] Aliam tamen de hac re sententiam et in qua aliquid quidem veritatis inesse puto, proposuit Roemer, *Bayer. Akad. d. Wiss.* XXII, 65 sqq.

re vera in parodiis haud raro latet laudatio et honor. Vt Britannicus ille, qui acute de litteris scripsit, Chestertonius ait, parodia est saepe cultus quidam heroum ac veneratio, quamquam qui venerantur ipsi simul ludunt.[1] Cuius rei qui non obliviscetur facilius forsitan comprehendet cur Aristophanes non ludibundus tantum sed serio etiam Euripidis verba graviter imitari possit. Itaque quae sit ratio imitandi singulis in locis nobis est decernendum: ita tamen ut memoria teneamus comicos de versibus tragoediarum qui plane splendidi nobilesque sint, nihil nisi bonum irrisione iudicasse; eos autem qui vel triti vel inanes vel tumidi sint, nota quadam atque ignominia condemnasse. Saepe tamen in medio res erit relinquenda. Sed cum alii multi in hac quaestione diligentissime elaboraverint,[2] obiter tantum modo rem tractabo.

De versibus autem apud singulos poetas iteratis — quam rem supra tetigi, — haud multa dicere necesse est. Nam persimilis est haec iteratio illius imitationis operum alienorum: et fere easdem propter causas est facta nec aliud plerumque significat. De qua re Bergkius, *Comm. de reliquiis com. Att. ant.*, p. 322: *quae poeta commodius aptiusve se dicere*

---

[1] Cf. autem Ribbeck. *De usu parodiae apud comicos Atheniensium*, Berolini, 1861, p. 5; van Leeuwen. *De Aristophane Euripidis censore*, Amstelaedami, 1876, p. 116. De eadem re scripsit Johnsonius (edit. Oxford., 1825, V, 419–420), sed tanta vi ut aliquanto, ut aiunt, praeter casam.

[2] Cf. Täuber. *De usu parodiae apud Aristophanem*, Berolini, 1849; Ribbeck. *De usu parodiae apud comicos Atheniensium: pars prima* (continens epicorum parodias), Berolini, 1861; eiusdem *Die Parodieen bei den Attischen Komikern: Zweiter Theil* (sc. Parodieen aus lyrischen Dichtern), *Zeit. f. d. Gymnasialwesen*, XVII, 321; eiusdem *Die dramatischen Parodieen bei den Attischen Komikern: Die Acharner des Aristophanes*, Anhang, Leipzig, 1864, 267; Stanger. *Über die Nachahmungen des Aristophanes*, *Blätter f. d. Bayer. Gymnasialschulwesen*, II, 204; Sihler. *De parodiis eis quibus exprimitur a comicis Graecis iudicium seu censura*, Lipsiae, 1875; Bakhuysen. *De parodia in comoediis Aristophanis*, Traiecti ad Rhenum, 1877; Murray. *On Parody and Paratragoedia in Aristophanes, with Especial Reference to his Scenes and Situations*, Berlin, 1891. De natura autem et ratione parodiae Aristophaneae scripsit Passowius, *De Aristophane defendendo contra invasionem Euripideam: pars prior, de terminis parodiae*, Hirschberg i. Schles., 1897. Alia ratione rem investigaverunt Scherransius, *De poetarum comicorum Atticorum studiis Homericis*, Regimonti, 1893, et Rankius, *Periplecomenus sive de Epicuri, Peripateticorum, Aristippi placitorum apud poetas comicos vestigiis*, Marpurgi, 1900. Hoc vero opusculum, quod numquam vidi, breviter recensuit Holzinger, *Burs. Jahresb.* CXVI, 308–309.

posse desperabat, integra vel parum immutata repetebat. Sic igitur sua carmina poeta approbare et laudare poterat et tacite sed haud minus vere de se ipso iudicium proferre. Inscii tamen sine dubio nonnumquam — saepius est enim confitendum — scriptores verba sua iterabant. At dixerit quispiam: in fragmentis saltem errore neglegentiave saepe decipimur· duorum grammaticorum vel scribarum qui alter ex altera fabula perperam eadem verba afferant, nosque nimis utrique confisi, male et huic et illi fabulae fragmentum incertum attribuimus. Nec dubium est quin partim vera sit haec sententia. Sed hac de causa certiores fimus eos scriptores quorum parvas reliquias solas habeamus quae ipsi scripsissent solitos esse repetere, quod idem faciunt complures eorum, et antiqui et recentiores, quorum scripta exstent multa: commemorandi enim sunt inter multos alios Aristophanes, Euripides, Lucretius, Vergilius, Shaksperius.[1] Cum certe apud grammaticos parvae auctoritatis vel ad errores pronos huiusmodi versus inveniuntur, plerumque in numero incertorum habentur, sed talibus quidem neglectis, complures supersunt de quibus nihil dubitari potest.

Non autem verbis solum, verum etiam rebus, iterum uti solebant comici. Quo tamen usu non semper sese declarant maxime ad comoediam aptas eas res iudicavisse. Consilia enim bona vulgo dare, praesertim veteres comici, de industria saepe conati sunt, quamquam, ut apud Lucretium,

. . . pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras pocula circum
contingunt mellis dulci flavoque liquore,

sic hi seria ludicris tecta gratiora faciebant. Atque ipse Aristophanes, *Ran.* 389 sq.:

καὶ πολλὰ μὲν γέλοιά μ' εἰ-
πεῖν, πολλὰ δὲ σπουδαῖα.

Haud igitur raro, eodem magistratu eodemve vitio populari petito, non

[1] De hac re recenter scripserunt aut breviter aut plenius Harrius, *Proc. Am. Phil. Asso.* XXX, p. v; idem, *ibid.*, XXXI, p. xliii; Guglielminus, *L' "iteratio" nell' Eneide*, Catania, 1901 (v. *Rivista d. fil.* XXX, 182). Praeterea Cookius, *Class. Rev.* XVI, 146 sqq. et 256 sqq. rem erudite et praeclare tractavit. Sed minime ei confirmanti credam inscientes semper poetas optimos, nisi cum plane fabulam olim scriptam efficere vellent ut spectatores lectoresve recordarentur, verba sua aliorumque iterasse (*ibid.*, p. 148).

dicere volebant comici maxime ludicras se has res arbitrari, sed multo magis censere videntur sese rei publicae laboranti mederi oportere. Nam, ut exemplum afferam, idem Aristophanes etiam atque etiam Euripidem lacessit, et fautor interdum eorum qui pacem cum Lacedaemoniis fieri optabant beatam vitam rusticam, qua ante bellum omnes frui potuerant, effuse laudat.[1] Vult enim comicus, cum credat vulgus pessimis ducibus, ut poetis, sic oratoribus, usum vehementer errasse, verum statum rerum suis fabulis ostendere. Neque incredibile est, aliquando eum, modo civitatem adiuvaret, ne trita quidem vitavisse. Nonnumquam tamen, sicut in argumentis quae per speciem senis iterum vigescentis populum Atheniensem repraesentant[2] utilia ridiculaque in unum coniungit. Nam talibus fabulis et vulgus oblectat simulque hortatur ut pristinae virtutis viriumque tandem reminiscatur.

Denique cum emendatas fabulas comici iterum ediderunt,[3] de suis operibus amplissime certe iudicabant. Nonnumquam sane adhibita est correctio quod aut iudices, cum in theatro condemnassent fabulam, aut aemuli, cum in scriptis eam deridissent, invito poetae stimulos quosdam admovebant.[4] Sed permutata fabula monstravit quae sibi peiora viderentur. Altera autem causa hinc fortasse repetenda est, quod poetae, quoniam semper necessario comoediae ex ratione et inclinatione temporis penderent, ut huius progressum adaequarent, veteres fabulas plus minusve mutatas novisque rebus instructas, tum saepe nova inscriptione addita, iterum edere coacti sunt.[5] Sed mediae novaeque comoediae poetae non suas solum emendare fabulas soliti esse, verum alienas dicuntur furari, vel si magis placet, imitari atque aut libere mutatas aut fere ad verbum transcriptas pro suis emittere.[6] Quo facto significabant

---

[1] Sic scripsit in *Acharn.*, *Pac.*, *Eq.*, *Holkad.* Cf. *Pacis* Argumentum I.

[2] Ad hanc rem pertinent *Eq.*, *Amphiaraus*, *Senectus.*

[3] Tragici idem faciebant: Aeschylus enim quinque fortasse fabulas retractavit; Euphorion, quattuor; Sophocles, sex; Euripides, ut videtur, novem; Ion, unam. Cf. Egger. *Hist. de la Crit.*[2], 26–27; Meinek. *F. C. G.* I, 31.

[4] Cf. Ar. *Pacis* Argumentum III; Schol. Plat., p. 331 (Bekk.).

[5] Mahaffi *Class. Gk. Lit.*[3], I, 2, 213.

[6] Cf. Meinek. I, 31 sq.; Hesych. s. v. *Λυδίζων*; Suid. s. v. *διασκευαζόμενος*; Bekk. *Anec.* I, p. 39, 19; Dion. Chrys. *Or.* 32, p. 432, 17 (Dind.). Huiusmodi fabulas et comicas et tragicas fuisse, eandemque rem ad alia poesis genera pertinuisse docet Meinekius, *loc. cit.* Britannici autem poetae veteres nihil a Graecis differebant; cf. Mahaffi *loc. cit.*

et quos poetas et quas fabulas optimas esse arbitrarentur. Hoc tamen totum iudici genus, quamquam olim certe apertissimum erat, nos, quippe quibus mutilae fabularum reliquiae solae superstent, plerumque latet. Quocirca mentionem eius inicere saepe possumus, altius tamen persequi raro. Sed haec hactenus.

Nunc, priusquam fragmenta consideramus comicorum, oportere videtur brevi exponere quid scriptores qui comicis erant antiquiores de rebus ad litteras pertinentibus iudicaverint et quo modo.[1] Apud Homerum, igitur, ut ab eo sicut Quintilianus ordiamur, cum vates (ἀοιδός) nonnullis in locis laudetur,[2] in uno[3] autem perpaulum culpetur, veri tamen iudici nihil repertum est. Vates enim instinctu aliquo inflatuque divino cecinit[4] neque omnino arte, nec nisi ars et exstat et cognita est ulla profecto artis iudicia fieri possunt. Quorum vero Hesiodus parva initia praebet, *Op.* 656:

ἔνθα μέ φημι
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα,

Op. 24:

ἀγαθὴ δ' Ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Hic igitur et paulo post critici primi litterarum apparent, — iudices videlicet qui in certaminibus sedebant, primum ἀοιδῶν et ῥαψῳδῶν, mox etiam dithyrambicorum, tragicorum, comicorum. Cum autem Pisistratus — si vera est notissima illa Ciceronis fabula (*de or.* 3, 137) — Homeri libros antea confusos in ordinem disposuisset, — qua in re ipsa iudicium inerat, — tum eruditi Graeci, Metrodorus, Stesimbrotus, Glaucon,[5] eos excutere inceperunt; ars grammatica exorta est; cui dediti Protagoras, Prodicus, Licymnius, Alcidamas, verbis aptis inveniendis quasi viam patefecerunt qua alii postea critici progrederentur. Atque

---

[1] Hoc in loco cum Egger, *Hist. de la Crit.*[2], 1 sqq. et Saintsburius, *Hist. of Crit.* I, 9–20, usui fuerunt, tum maximam partem professorem meum amicumque benignum, Morris Hicky Morgan, cuius annis abhinc paucis de his rebus disserentis auditor fui, secutus sum.

[2] *Od.* 8, 45, 83, 489 sqq. Cf. autem quae de oratore dicuntur *Il.* 1, 248 sqq.

[3] *Od.* 1, 336 sqq.

[4] *Od.* 8, 63, 499; 22, 347 sq.

[5] Cf. Plat. *Ion*, p. 530 c–d.

etiam antehac poetae melici, interdum verba versumve alienum afferentes, aut laudare solebant aut culpare;[1] et mox tragici quoque et occulta quaedam et aperta iudicia haud raro protulerunt, multoque plura certe protulissent nisi ipso scripturae genere coerciti essent. Primum vero alius alium iudicavit qui eadem re diversa ratione in fabula est usus. Sic enim Sophocles Euripidesque in *Electris* suis Aeschyli *Choephoros* culpabant, ille vero tacite et fortasse benigne, quippe qui causas ἀναγνωρίσεως Aeschyli dissimiles facere mallet sed quasi silentio rem praeteriret, hic tamen fere maledice contumelioseque tamquam si merae nugae esset ea pars fabulae Aeschyleae.[2] In tragoediis autem de Philoctete ab eisdem tribus poetis scriptis qui varie fabulam persequuntur, iudicia pleraque continentur quae ne verbis quidem tradita tamen intellegi possint.[3] Adde huc et Sophoclis librum verbis solutis de choro scriptum,[4] — quo ille id maxime defendisse videtur, optime sese chorum usurpasse, — et Euripidis illas in medias fabulas introductas cavillationes, quibus Homerum Aeschylumque petebat:

(*Suppl.* 850) πῶς τις ἐν μάχῃ βεβὼς
λόγχης ἰούσης πρόσθεν ὀμμάτων πυκνῆς
σαφῶς ἀπήγγειλ' ὅστις ἐστὶν ἀγαθός;
οὐκ ἂν δυναίμην οὔτ' ἐρωτῆσαι τάδε
οὔτ' ἂν πιθέσθαι τοῖσι τολμῶσιν λέγειν, —

quocum conferendum est *Il.* 4, 457 sqq. multaque similia, —

(*Phoen.* 748) ἐλθὼν δ' ἑπτάπυργον ἐς πόλιν
τάξω λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν, ὡς λέγεις,
ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς.
νέμειν δ' ἕκαστον διατριβὴν πολλὴν ἔχει,
ἐχθρῶν ὑπ' αὐτοῖς τείχεσιν καθημένων, —

conferre licet Aeschyli *Sept.* 375 sqq., — et ea quae supra dixi de fabulis et comoediis et tragoediis poetae alterius ab altero retractatis, et de

---

[1] Cf. Smyth. *Class. Rev.* XVII, 353; Pind. frag. 79.

[2] Cf. Soph. *El.* 901 sqq.; Eurip. *El.* 513 sqq.; Aesch. *Cho.* 135 sqq. De Euripidis iudiciis in *Electra* repertis conferre licet Radermacher. *Rhein. Mus.* LVIII, 546 sqq., qui, versibus nonnullis reiectis, iudicia illa et pauciora et aequiora effecit. Cf. autem Patin. *Études sur les Tragiques Grecs: Eschyle*[7], 347 sqq.

[3] Cf. Christ. *Gesch. d. Gr. Litt.*[3], 247–248.

[4] Cf. Christ. *ibid.* 251.

versibus iteratis.[1] Sunt et alia nonnulla quae de tragicis disseri possunt, sed nolumus in his rebus nimis esse longi.

Nunc igitur ad comicos ipsos veniamus, qui primi, ut apparet, apud Graecos, vera et multa iudicia afferunt.[2] Nam et falsa est aliqua ex parte sententia illa de qua certiores nos fecit Dion Chrysostomus *Or.* 53, 1: Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, — neque vera sunt ea quae dixit Patinus, *Études sur les Tragiques Grecs: Euripide*, II[7], 421: Euripidem primum ex poetis scaenicis omnibus iudicia de litteris proposuisse. Sed ut ab antiquissimis ordiamur, primae sunt percurrendae EPICHARMI reliquiae, quae vero et solae e comoediis Doricis aliquid ad nos attinent et ipsae parvi sunt momenti.[3] Ac nulla quidem habita investigatione, nemo fere in fabulis Epicharmeis, quarum tanta pars heroum virorumque mores ridicule depingerent, complura invenire iudicia speraret. Aeschylei tamen cuiusdam vocabuli hunc irrisorem fuisse docet Schol. Aesch. *Eum.* 626: τιμαλφούμενον· συνεχὲς τὸ ὄνομα παρ' Αἰσχύλῳ, δι' ὃ σκώπτει αὐτὸν Ἐπίχαρμος. (Kaibel. 214.) Qua scilicet irrisione illum voluit significare saepius proiecisse, ut ait Horatius,

ampullas et sesquipedalia verba.

Sed utrum in vera illius comoedia haec facta sit necne, incertum.[4] Minorum autem poetarum duos commemoravit, et primum Diomum quendam, qui primus τὸν βουκολιασμὸν καλούμενον scripsisse dicebatur: Ath. 14, 619 b: μνημονεύει δ' αὐτοῦ (sc. Διόμου) Ἐπίχαρμος ἐν Ἀλκυόνι καὶ ἐν Ὀδυσσεῖ Ναυαγῷ (Kaibel. 4; 105); tum Aristoxenum iamborum quendam poetam, fere ignotum,[5] quem his verbis laudavit:

οἱ τοὺς ἰάμβους καὶ τὸν ἄριστον[6] τρόπον,
ὃν πρᾶτος εἰσαγήσαθ' ὡριστόξενος. (Kaibel. 88)

---

[1] Cf. supra, p. 131, adn. 6; 127, adn. 1; 130, adn. 1; Aesch. *Pers.* Argumentum.

[2] Comicorum sane nonnulli multis annis ante sunt quam ei de quibus modo dictum est.

[3] Eodem modo quoque iudicavit Egger, *Hist. de la Crit.*[2], p. 89.

[4] Cf. Kaibel. *C. G. F.*, pp. 129, 93.

[5] Cf. Kaibel. *ibid.*, p. 87, et apud Pauly-Wissowae *Real-Encycl.* III, 1056; Christ. *Gr. Litt.*[3], p. 282, adn. 1.

[6] Porsonius metri gratia coniecit καττὸν ἀρχαῖον κτλ., quae nec Lorenzius nec Kaibelus sufficere iudicant.

De arte quoque poetica haec sententia postea haud rara ei attribuitur:

οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς. (Kaibel. 132)

Alia sunt nonnulla fragmenta:

αἴ τί κα ζατῇς σοφόν, τᾶς νυκτὸς ἐνθυμητέον, (Kaibel. 270)
πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται, (Kaibel. 271)
οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος, (Kaibel. 272)

sed haec inter iudicia non numeranda sunt idcirco quia Kaibelus ea non Epicharmi iudicat.

Imitabatur nonnumquam epicum sermonem[1] et indices saepe de Homero trahebat,[2] tantum ut narrationes illas antiquas ridicule exponeret. Sed quo modo rhetores imitando deriserit nos doceat Demetrius, *de eloc.* 24: ἔστι δὲ κῶλα ἃ μὴ ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον ὅτι

τόκα μὲν ἐν τήνων ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών. (Kaibel. 147)

ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γελωτοποιῶν οὕτως ἀντέθηκεν καὶ ἅμα σκώπτων τοὺς ῥήτορας. Praeterea se ipsum versis iteratis aliquam partem laudavit, Ath. 4, 139 b: Ἐπίχαρμος γοῦν ἐν Ἐλπίδι φησίν· [duos citat versus = Kaibel. 37] τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ ἐν Περιάλλῳ (Kaibel. 110). Quod quidem insciens vix facere potuit.

Denique, ut qui εὑρετικὸς καὶ φιλότεχνος esset,[3] fabulam Ἥβας Γάμον retractatam Μουσῶν sub nomine edidit, cuius tamen fabulae fragmenta paene omnia ad pisces et ad rem coquinariam pertinent, nec omnino ad litteras. Musas enim novas quasdam et quasi piscinarias dicit, ἑπτὰ . . . θυγατέρας Πιέρου καὶ Πιμπληίδος νύμφης, Νειλοῦν, Τριτώνην, Ἀσωποῦν, Ἑπταπόρην, Ἀχελωίδα, Τιτόπλουν, καὶ Ῥοδίαν (cf. Tzetz. ad Hes. *Op.* 6, p. 23 Gaisf.). Sed fabula quod retractata est, longius est nobis consideranda, si forte cognoscere possimus quo modo opus suum poeta iudicaverit. Veri similis est, ut opinor, Lorenzi sententia (*Epicharm.*, p. 131): Musarum illarum mirabilium partes, cum spectatoribus prioris fabulae essent sine dubio gratissimae, fabula renovata

---

[1] Cf. Kaibel. 99; Egger. *Hist. de la Crit.*[2] 43.
[2] V. Lorenz. *Epicharm.*, p. 133 sqq.
[3] Cf. Anon. περὶ κωμῳδίας. II. 4 (7, 18 Kaibel.).

auctas esse et perfectas. Nomina igitur quoque novae fabulae illas imposuisse. Aliquotiens autem apud Athenaeum conservatos videre possumus versus et quales fuerint priusquam mutati sint et postea:

Ath. 3, 85 e: . . . ἐν δὲ Μούσαις γράφεται ἀντὶ τοῦ

κόγχος ἅπερ κογχοθηρᾶν παισὶν εστρισώνια†, (Kaibel. 42)
κόγχος ἃν τέλλιν καλέομες· ἐστὶ δ' ἅδιστον κρέας. (Kaibel. 43)

Ath. 9, 398 d: . . . Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας Γάμῳ·

λαμβάνοντι γὰρ
ὄρτυγας στρουθούς τε κορυδαλλάς τε φιλοκονίονας
τέτραγάς τε σπερματολόγους κἀγλαὰς συκαλλίδας. (Kaibel. 45)

καὶ ἐν ἄλλοις (in *Musis*, ut opinatur Kaibelus) δέ φησιν·

ἦν δ' ἐρῳδιοί τε πολλοὶ μακροκαμπυλαύχενες
τέτραγές τε σπερματολόγοι.[1] (Kaibel. 46)

Ath. 7, 319 b: Ἐπίχαρμος δέ φησιν (in illa fabula, sine dubio)

κομαρίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ' αἰόλας. (Kaibel. 47)

Ath. 7, 323 a: Ἐπίχαρμος δ' ἐν Μούσαις . . .

χαλκίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ' αἰόλας. (Kaibel. 48)

Ath. 7, 295 b: . . . Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας Γάμῳ·

σκορπίοι τε ποικίλοι σαῦροί τε, γλαῦκοι πίονες. (Kaibel. 49)

Ath. 7, 320 e: Ἐπίχαρμος ἐν Μούσαις ποικίλον εἶναί φησι τὸν σκορπίον·

σκορπίοι τε ποικίλοι γλαῦκοί τε, σαῦροι πίονες. (Kaibel. 50)

E quibus apparet aliqua ex parte quales hic, cum fabulas retractarit, mutationes fecerit. Nam primum par illud versuum demonstrare videtur, nova in fabula aut res aut locum aut personam mutatam esse, aut saltem aliquanto perfectiorem fabulam esse factam et magis sibi consentientem, alterum autem par, epitheton illud perlongum cordi fuisse poetae. Sed ceteri versus, quos supra attuli, idcirco fortasse mutati sunt quia, ut nova auditoribus videretur fabula, aliquid mutari necesse erat; immo fortasse neglegentior erat poeta fabulam retractans quam ut talia sine ulla mutatione scriberet. Nec denique est negandum Athenaeum quoque neglegentem posse fuisse.

[1] Kaibelus addidit verba κἀγλααὶ συκαλλίδες.

Haec sunt quae de Epicharmo volui dicere. Cum igitur tam raro pro numero haud parvo fragmentorum de poetis litterisque mentio fiat, constat poetas Doricos in comoediis minime has res persecutos esse.

Nec aliter certe antiquissimi scripserunt Attici. CHIONIDAE[1] enim unum solum fragmentum est laudandum, idque et apud antiquos (Ath. 14, 638 d; 4, 137 e) et apud nostrae aetatis eruditos (Kock. I, p. 5) recte suspectum (Kock. frag. 4):

ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδὲ Κλεομένης
ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκήνατο.

De Gnesippi vero Cleomenisque carminum dulcedine sive mollitia satis hoc est perspicuum; quid praeterea significet, nescio.

MAGNETIS autem, vel quae sub eius nomine feruntur, perpauca illa fragmenta nihil nobis suppeditant. Retractatae certe sunt duae fabulae, Λυδοί et Διόνυσος, sed hoc etiam potius ab aliis recentioribus, ut ait Meinekius, *F. C. G.* I, pp. 31, 34, quam a poeta ipso factum est.

ECPHANTIDAE vero verba quaedam corruptiora reperta sunt apud Schol. Arist. *Eth. Nic.*, p. 1123 a, 21 (p. 186, 9 Heylbut.): . . . ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται (sc. οἱ Μεγαρεῖς ἐν κωμῳδίᾳ) καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ . . . ἀλλὰ καὶ Ἐκφαντίδης . . . φησί (Kock. frag. 2) 'Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα δίειμαι αἰσχυνόμενος τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.' Quos versus multi emendare conati sunt,[2] sed vix minus sunt dubii nunc quam antea. Hoc saltem constat, Megaricam comoediam a poeta derisam.[3]

---

[1] Vt hic, sic totum per opusculum, Kockianum poetarum ordinem secutus sum, non tamen ignoro hunc ordinem nonnumquam vix cum temporis ordine congruere.

[2] Meinek. II, p. 13; Bergk. *Comment. de rel. Att.*, p. 359; Kock. I, p. 10; Bywater, *Rhein. Mus.* XXXVII, 633; Rutherford. *Class. Rev.* XI, 16; Kaibel. *C. G. F.* I, 1, p. 75, 5; Holzinger, *Burs. Jahresb.* CXVI, 296.

[3] Richardsius, *Class. Rev.* XIV, 392, coniecit poetam hic usurpare verbum Megaricum, δρᾶμα, pro Attico, κωμῳδία; Megareos enim suas comoedias illo nomine appellasse, sed hoc suas Athenienses: rem vero admodum incertam. Nam Wilamowitzius, *Herm.* IX, 319, Eur. *Heracl.*[1] 52, adn. 10, veram comoediam Megaricam numquam putat exstitisse, sed ludibri tantum causa id nomen ab Atticis poetis esse fictum; idem autem Zielinskius, *Die Gliederung der Altattischen Komoedie*, 243, alii. Vide tamen e contraria parte Denis. *La Com. Grec.* I, 21 sqq., Mancin. *Rivist. Fil.* XXIV, 526 sqq. Conferre denique licet ea quae de hoc fragmento dixerunt Weilus, *Études sur le Drame Antique*, 6, et Poppelreuter, *De com. Att. primordiis*, 32.

Iam tandem ad Cratinum pergamus, cuius multa et fragmenta et iudicia restant. Horum autem, consilio usi quod supra est propositum, primum quae in Homericas res et antiquiores poetas cadunt tractemus. Et statim fabula cui Ἀρχίλοχοι est nomen consideranda est. Haec enim iudiciorum olim plena fuisse videtur, quamquam nunc vero plerumque evanuerunt. Aliquid tamen valent ad argumentum explicandum haec (Kock. 6):

εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην οἶ' ἄττα βαΰζει,
ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετείσατο[1] καὶ παραχρῆμα,
οὐ μέν τοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι,

quorum vero lepida, ut opinor, interpretatio, — etsi aliqua saltem inest dubitatio, — est Zielinski, *Gliederung*, 242 (cf. autem eiusdem *Quaestiones comicas*, p. 10): τὴν Θασίαν ἅλμην sine dubio, verborum translatione, esse ipsum Archilochum;[2] eundem, οὐ κωφόν; τὸν τυφλὸν, Homerum, — hunc enim in scaena fuisse ex Diogenis Laerti testimonio, prooem. 12, constat (v. infra, p. 140). Certamine autem de litteris habito, hunc, pro aemulis Cratini propugnantem qui rebus Homericis saepe in comoediis usi sint, ab illo, qui pro poeta ipso viros suae aetatis perstringere solito verba faceret, superatum esse. Est praeterea ex hac comoedia conservatus versus obscurus quo fortasse ars comica qualis fuerit antiquis temporibus neglecta exprimitur (Kock. 9):

ὠμολίνοις κόμη βρύουσ', ἀτιμίας πλέως.[3]

Si tamen clarius ex indice argumentum fabulae indagare conamur, opponitur nobis statim quaestiuncula quaedam subdifficilis. Cur enim plurali numero usus est poeta et qua significatione? Sunt certe huius indicis consimiles Κλεοβουλῖναι, Ὀδυσσῆς, Πλοῦτοι, Χείρωνες eiusdem Cratini, Διόνυσοι Epicharmi, Ἡσίοδοι Teleclidis, quos similem omnes habere vim conicere oportet. Olim erat consentaneum cum choro eos

---

[1] Sic van Herwerden. *Mnemos.* XIV, 159; Kock. III, p. 710.

[2] Idem iudicaverunt Bothius aliique (cf. Blaydes. *Adversaria*, II, 2); nec Meinekius quidem, si verbum eius perobscurum, *compellari*, recte intelligo, aliter censuit. Cf. Meinek. II, 17 et eiusdem verborum interpretationem apud Bothium, *Poet. Com. Gr. Frag.*, p. 8, repertam. Cum verbo autem ἅλμη de Archilocho usurpato conferre licet ea quae dicunt Suid. et Schol. Ar. *Av.* 281: Philoclem propterea quod πικρὸς fuerit, χολὴν et τὸν Ἁλμίανον esse appellatum.

[3] Cf. Bergk., *Comm. de rel. Att.* 27; Rutherford. *Class. Rev.* XI, 16.

aliquo modo arte coniungi, et haud scio an etiam nunc haec sententia recta sit habenda: primum quod reliquiae huius fabulae aliarumque cum hac opinione congruere videntur; deinde quia ex indicibus huius poetae pluraliter usurpatis fere omnes, eis neglectis quos paulo ante commemoravi, ad chorum spectare constat. Similes quoque sunt Aristophanis indices. Deinde, cum antiquae comoediae crebri plurales sint indices, postea tamen apud mediae novaeque comoediae poetas, choro non iam usurpato vel saltem locum admodum inferiorem tenente, multo pauciores id genus inveniuntur.[1] Quare singulis indicibus non examinatis appareat maximam partem eorum qui plurales sunt e choro nomen sumpsisse.

Haec si vera arbitraris, Ἀρχίλοχοι possunt viri esse Archilochi poetae consimiles, id est, ut ait Kockius, personati Archilochi, censores acerbissimi, nec rara quidem haec est significatio numeri pluralis. Sunt autem qui dicunt huius generis indices socios alicuius significare, et **Ὀδυσσέων** certe chorus, qui his verbis utantur (Kock. 144) —

> σιγὰν νυν ἅπας ἔχε σιγάν,
> καὶ πάντα λόγον τάχα πεύσει·
> ἡμῖν δ' Ἰθάκη πατρίς ἐστιν,
> πλέομεν δ' ἅμ' Ὀδυσσέι θείῳ —

magis socii Vlixis quam eius similes esse videntur, quo modo tamen haec vis in indice contineri possit equidem nescio.[2] Sed fortasse, cum qui alicuius viri similes sunt ei facile ut eundem sequantur adduci possint, ex illa significatione haec quoque evadere potuit. Tutius tamen, ut opinor, ibimus, si Bergki potius sententiam (*Comm. de rel. com. Att.* 5)[3] sequimur et Ἀρχιλόχους iudicare homines fuisse et Archilochi similes et eius comites et socios. Sed praeter Archilochum ipsum eiusque socios

[1] Apud vetustiores enim poetas ante Eupolidem pluraliter dictos indices invenio LXIX, singulariter XXVII; apud Eupolidem, Phrynichum, Aristophanem, Platonem, illorum LXI, horum XLV; apud ceteros antiquae comoediae poetas, illorum LVI, horum XCIV. Sed Antiphanis sunt in singulari CXX, in plurali tantum modo XXVI, Menandri in plurali XIX, in singulari LXXVI. Plenius de hac re disserit Haasius, *De com. Att. ant. fabularum nominibus:* I, Melk., 1902, pp. 6 sqq.; II, 1903, pp. 49 sqq.

[2] Consimilis est fortasse vox Iudaeorum inferiorum ordinum qui Christianos *Krishts* appellant. Cf. *McClure's Magazine*, 1904, 253.

[3] Sapienter idem de hac tota re scripsit, *Comm.* 130–131.

alii erant poetae in scaena; Clemens enim Alexandrinus, *Strom.* 1, 24, Κρατῖνος, inquit, ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ποιητὰς καταλέξας ἔφη (Kock. 2)

οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε,

atque Diogenes Laertius, prooem. 12, καὶ οἱ ποιηταὶ (ἐκαλοῦντο) σοφισταὶ καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.[1] Quae si cum ceteris rebus iam expositis conferimus, concludere fortasse nobis licet unam tantum chori partem, de qua fabula tota nomen accepit, Archilochi fautores fuisse, alteram poetarum aliorum, Homeri et Hesiodi, comites.[2]

Sed longe aliter de hac re iudicant alii, quorum Welcker, *Kleine Schriften*, I, 323, adn., conicere videtur singularem idem fere quod pluralis significare.[3] Confert enim indices Epicharmi Ἁρπαγάς, Cratetis Παιδιάς et Τολμάς, qui auctoritatem quandam ad hos formandos de quibus nunc disserimus habere potuerunt; praeterea Diogenis Laerti locum 1, 89: Κλεοβουλίνην . . . ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας, quo idem significare Κλεοβουλίνην et Κλεοβουλίνας arbitrari videtur Graecus — nisi forte inscientiam verbis celare conetur. Recentius autem confirmat Wilamowitzius (Eurip. *Heracl.*[1], p. 55, adn. 14), ut Ἀθῆναι urbs sit deae Athenae, Αἶτναι, — sic enim fabulae Aeschyleae indicem legit, — Aetnae tragoedia, sic Ὀδυσσέας significare Vlixis comoediam. Qua quidem ratione Ἀρχίλοχοι est Archilochi comoedia. Sed etsi eiusmodi sunt haec quae nobis paene persuadeant, re vera tamen incertae sunt coniecturae de re ipsa incerta. Revertamus, igitur, ad alteram illam Bergki sententiam, ex omnibus quae adhuc propositae sunt optimam.[4] De indice autem etiamsi nihil habeamus compertum, in fabula tamen qua certatio poetarum continebatur necessario erant occasiones multae et

---

[1] Petersius, *Aristophanis iudicium de summis suae aetatis tragicis*, Monasterii, 1858, p. 38, adn. 30, hoc versu "Cratinus," inquit, "sophistas ludit." Haud recte. Cf. autem *N. Jahrb. f. kl. Alt.* IX, 410.

[2] Haud igitur dissimilis est fabula Ὀδυσσῆς in qua demonstrasse videtur Kaibelus, *Herm.* XXX, 80, duodecim e choro Vlixis esse socios, duodecim Cyclopes. Tamen ex illis modo est fabula nominata. Et aliae sunt similes.

[3] Idem tamen, *op. cit.*, p. 339, adn. 24, v. Ἀρχιλόχους transferri dicit et, ut ita dicam, ἰαμβιστῶν chorum significare.

[4] Nuper Haasium, *De com. Att. fab. nominibus*, II, 38 sq., cognovi simili esse in sententia.

praeclarae Homerum, Hesiodum, Archilochum, partes eorum laudandi vituperandique. Vt, igitur, breve faciam, hoc quidem constat, fere totam fabulam poetis litterisque deditam esse,[1] id quod gravius videtur si Bergkio (*Comm. de rel. com. Att.* 20) credis non multo post Ol. 82, 3 actam eam esse.

Fabulam vero Ὀδυσσέας, — quamquam Platonius, xiv, 71, οἱ γοῦν, inquit, Ὀδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς Ὀδυσσείας,[2] — fragmenta docent similem fuisse Euripidis *Cyclopis*, nec aliud ea de Homeri *Odyssea* poetam iudicasse nisi quod verbis eius ridicule per parodiam usurpatis significetur. Homerum tamen hic, sicut alii antiqui,[3] Μαργίτου scriptorem habuit et in fabula fortasse *Archilochis* commemoravit, — Eustrat. ad Arist. *Eth. Nicom.* 1141 a, 14 (320, 39 Heylbut.): ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Κρατῖνος (καὶ Ἀρχιλόχοις Κρατῖνος Bergk.) καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ ἐπιγράμματι καὶ μαρτυροῦσιν (Μαργίτην) εἶναι Ὁμήρου τὸ ποίημα (Kock. 332), — et in fabula quae Εὐνεῖδαι nominatur eundem vere videtur culpasse: Porphyr. Euseb. *Praep. ev.* 10, 3, p. 467 b: τὸ γὰρ 'τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης' σιγῶ, Ὁμήρου κωμῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ 'τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.' (K. 68) Cuius fabulae de argumento non constare quamquam cum Kockio confitendum puto, ea tamen quae Crusius, *Philol.* XLVII, 35 sq., coniecit proferre oportet: in ea certamen musicum habitum, in quo poeta τῶν νεωτέρων aliquis 'Terpandreum' poetam atque antiquam Boeotorum poesin hoc versu exagitavisset:

(K. 310) οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Sed nunc ad iudicia de tragicis facta progrediamur, ac primum vero ad tria de uno malo poeta Gnesippo: Ath. 14, 638 e f: σκώπτει δὲ αὐτὸν (sc. Gnesippum) εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις·

---

[1] Similis, igitur, erat aliis aliorum poetarum Cratinique ipsius fabulis permultis, quas infra enumeravi, p. 228, adn. 3.

[2] Cf. Kaibel. *Kratinos'* ΟΔΥΣΣΗΣ *und Euripides'* ΚΥΚΛΩΨ, *Herm.* XXX, 82; Holland. *De Polyph. et Galat.* (*Leipziger Studien*, VII, 159); Ribbeck. *De usu parodiae ap. com. Athen.* 6.

[3] Cf. Lohan. *De librorum titulis apud classicos scriptores Graecos*, Marpurgi Cattorum, 1890, p. 8.

(K. 15) ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν,
τῷ Κλεομάχου δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

ἐν δὲ ταῖς Ὥραις·

(K. 256) ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος
παρατιλτριῶν ἔχων χορὸν
λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά.

Ath. 14, 638 d e: Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης . . . Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς·

(K. 97) τίς ἆρ' ἐρῶντά μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππ', ἐγὼ πολλῇ χολῇ.
οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μῶρον εἶναι καὶ κενόν.

Quorum in primo ut hunc increpat, sic Sophoclem approbat; in altero, ambigue ludens, et mollitiem viri et vitia tragoediarum[1] simul perstringit; in postremo[2] aliquo modo ad mollia atque effeminata eius carmina spectare videtur. Deinde semel Acestori minatur:

(K. 85) Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν
πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέψῃ τὰ πράγματα.[3]

Philoclem denique, qui Sophoclis *Oedipo* superato victoriam reportavit, hoc versu petiit:

(K. 292) ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν.[4]

---

[1] Sic enim hoc et alia fragmenta ad eum pertinentia interpretor; μέλη nihil alia sunt quam tragoediarum carmina a choro cantata. (Cf. Welcker. *Gr. Trag.* III, 1024 sqq.) Meinekius tamen (II, pp. 7, 29) minus recte, ut opinor, haud tragicum sed lyricum poetam eum putat.

[2] Cf. praeter Kock. et Kaibel. ad Ath. loc. laud., Rutherford. *Class. Rev.* XI, 17.

[3] Verbum συστρέψῃ Meinekius (II, p. 68) recte, ut opinor, interpretatur—*actionem et argumentum fabulae rotundare et suis finibus circumscribere, ne temere diffluat et extra terminos vagetur;* similiter Blaydes. *Advers. in C. G. F.* II, 5. Aliquid diversa est sententia Bergki, *Comm. de rel. c. Att.* 124, et Denisi, *Com. Grec.* II, 65. Headlamus, *Class. Rev.* XIII, 5, emendare conatur.

[4] Smithius in *Dict. Biogr.* III, 301, quo iure affirmet hic significari veri simile esse Terea fabulam, nescio.

Haud benignior scilicet ei iudex erat poeta quam tempus, multoque et hoc et ille severiores quam iudices theatrales.

Comicorum autem, ne mentionem de Mullo faciam (K. 89), poeta ut videtur ficto,[1] et Ecphantidem et Aristophanem exagitavit. Illius enim verba aliqua sic attulit:

(K. 324, a) εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης,

fortasse, ut coniecit Bergkius, *Comm.* 114, ut humilem illam et antiquam comoediam significet, nec saltem bono animo, quandoquidem ludibri causa eundem aliis locis et Καπνίαν et Χοιριλεκφαντίδην appellasse videtur, — hoc nomine propterea quod a Choerilo servo in comoediis scribendis adiuvaretur, illo quod prisco et obsoleto more scriberet:[2] Schol. Ar. *Vesp.* 151: τὸν ὑπεκλυόμενον (ὑποκαπνιζόμενον Ellis.) οἶνόν φασί τινες καπνίαν λέγεσθαι. ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατίνου διώρισται, ὅτι τὸν ἀπόθετον ᾗ παλαιόν. διὸ καὶ Ἐκφαντίδην Καπνίαν καλοῦσι. (K. 334) Hesych. Χοιριλεκφαντίδης· Κρατῖνος τὸν Ἐκφαντίδην οὕτως εἶπεν, διὰ τὸν Χοιρίλον. (K. 335; sic emendavit Meinekius.) Adde Hesychi verba: ἐκκεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου οὖσα· Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο κωμῳδίας, — quibus fortasse Cratinus, si ad eum haec spectant, unam aut, ut Naekius, *Choeril.* 55–56, e comoediis Ecphantidae, aut potius, ut Bergkius, *Comm.* 256, e suis ipsius comoediis dissimillimam esse Choerili scriptis significavit.

Aristophanem autem bis furti accusavit: Schol. Ar. *Eq.* 531: ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν, ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα[3] (K. 200); Schol. Platon. Bekk. 330, ad fin.: Ἀριστοφάνης . . . ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν. Κρατῖνος (K. 307)

---

[1] Cf. Wilamowitz. *Herm.* IX, 338 sq.; Kock. I, 4; Zielinsk. *Quaest. Com.* 70.

[2] Bergkium, *Comm.* 67, et Burmannum, *De poetis com. Att. ant., qui commemorantur ab Ar.*, Berolini, 1868, p. 7, sequor; Meineki, I, 36, et Naeki, *Choeril. Sam.* 52, opiniones minus rectas censeo, Lehrsi quidem, *Quaest. Ep.* 22–23, quem Bothius sequitur, vix credibilem. Illi enim conicienti non *admodum probabile illis vetustis temporibus comico ex dicendi genere cognomen adhaesisse*, potest responderi et Χοιριλεκφαντίδην cognomen propter scribendi consuetudinem deditum esse et plurima quoque iudicia ad litteras pertinentia — quae vero attuli afferamque — palam facere haud paulum ad genus dicendi poetas illius aetatis animadvertisse.

[3] Hoc crimen Aristophanem in *Vesp.* 1022 diluisse coniecit Zielinskius, *Quaest. Comm.* 28, adn. 1.

τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής.
ὑπολεπτολόγος, γνωμοδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

Altero tamen horum fragmentorum ut Aristophanes sic alius nescio quis scriptor (σύ) petitur, quippe qui ambo Euripidem imitati argutias persubtiles aucupentur.[1] Ea vero quae de antiquissimae comoediae condicione poeta dicit paulo ante tetigi, nec repetere est necesse. Sed haec certe sunt laudanda, quibus trita quaedam argumenta inridet atque contemnit: — Schol. Ar. *Pac.* 741: ἐπεπόλαζε γὰρ τότε ταῦτα, Ἡρακλῆς πεινῶν, καὶ Διόνυσος δειλός, καὶ μοιχὸς Ζεύς, ὥστε καὶ αὐτοὺς δοκεῖν ἄχθεσθαι. Κρατῖνος· ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγει καὶ σκώπτοντος ταῦτα οὐ βοιωτόν ἐστι (K. 308),[2] — et haec, quibus aemulos petit: Phot. et Suid.: ῥάζειν καὶ ῥύζειν· τὸ ὑλακτεῖν . . . ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τοὺς πικραινομένους καὶ σκαιολογοῦντας μετηνέχθη· Κρατῖνος Δηλιάσιν·

(K. 25) ἵνα σιωπῇ τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον·

καὶ ἑξῆς·

(K. 26) ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν, ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπέπαρδε.

Prior quidem versus, licet corruptus, magna ex parte satis bene comprehendi potest; alter est obscurior, nec qui ad litteras spectare videtur.[3]

Aliorum autem poetarum minorum primum Cleobulina, poetria incerta

---

[1] Εὐριπιδαριστοφανίζων significat *imitans tam Euripidem quam Aristophanem.* (Sic enim Stephanus, *Thesaur. ling. Gr.* s. v.; Iungius, *De vocabulis antiquae comoediae Atticae,* 137. Perperam verbum interpretantur Liddellius et Scottus, *Lex.* s. v.) Aristophanes igitur non ipse, ut ait Petersius, *Ar. iudicium de summis trag.*, 20, adn. 70, in his verbis appellari videtur sed tantum alio nescio quo appellato ita circuitione quadam vituperari. (De hoc aliisque illis Cratini verbis longioribus disseruit Zielinskius, *Philol.* XLVII, 25 sqq.) Quod cum Luebkius, *Observ. crit. in historiam veteris Graecorum com.*, 29, opprobrium dicit apparere ineptum, inepta ipse, mea quidem sententia, scribit. Etenim et Aristophanes veram esse concedit accusationem imitandi et res ipsa idem satis indicat. Cf. Symonds. *Greek Poets*³, II, 174, adn., et infra, p. 178.

[2] Haec fortasse non restitui posse sententia est Rutherfordi, *Schol. Aristoph.* II, 114; cf. tamen Kocki et aliorum apud eum commemoratas coniecturas.

[3] Illum versum nec Kockius nec Zielinskius, *Quaest. com.*, 11–12, absolute emendavit. De hoc autem confer Headlam. *Jour. Phil.* XXIII, 295; Rutherford. *Class. Rev.* XI, 16; Holzinger. *Burs. Jahresb.* CXVI, 296.

aenigmatum, in *Cleobulinis* fabula[1] commemoratur; Diogenes enim Laertius, 1, 89, dicit γενέσθαι (Κλεοβούλῳ) θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν, ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας. Tum de Cecida quodam, poetarum antiquiorum sine dubio exemplo, apud Schol. Ar. *Nub.* 985 sic scribitur: (K. 156) Κηκείδου· διθυράμβων ποιητὴς πάνυ ἀρχαῖος· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Κρατῖνος ἐν Πανόπταις. Vt autem Telenicum, ποιητὴν μοχθηρῶν νόμων (Ath. 14, 638, c), culparet, verbis μὴ τελενικίσαι hic videtur usus esse et hac sententia, noli inanem verborum strepitum facere:[2] E. M. 751, 5: τελενικίσαι· ἐν Σεριφίοις. τὸ κενῶσαι, ἀπὸ Τελενίκου τινός, ὡς τὸ εἰκός, πένητος παντελῶς. καὶ λέγεταί τις Τελενίκειος ἠχώ, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν κενῶν ἀγγείων. Hesych. τελενικίσαι· ἀντὶ τοῦ μὴ κενὸν ποιῆσαι (K. 217). Praeterea itidem de modis duorum aequalium, fortasse Aristophanis aut Phrynichi ac Calliae,[3] contemptim loquitur:

(K. 324 b, c) πάντα φορητά, πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ.[4]

* * *

πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρων.

Deinde de nescio quo:

(K. 305) καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει μουσικήν τε μανθάνει.[5]

---

[1] Quae fabula, si eis credis quae Bergkius, *Comm.* 121, coniecit, scripta est ut novas atque artificiosas tragoedias ex artis corruptela profectas derideret, sed incerta res est. Cf. Meinek. II, 67.

[2] Cf. Meinek. II, 139–140; Kock. ad frag. 217.

[3] Cf. Bergk. *Comm.* 116; et Schroeder. ad Pind. frag. 79, qui ipsum nomen Σχοινίωνα a canticorum longitudine fortasse ductum putat.

[4] In hoc minime querelam de chori iniqua condicione, ut Bergkius, *Comm.* 115, Rumpelus, *De Ar. poeta Euripidis adversario*, Halae, 1839, p. 9, sed hortationem inesse puto, ut chorus ad victoriam vehementer nitatur; cf. Kock. *ad loc.*

[5] De Polymnesto Kockius parum recte: *iste lascivorum carminum auctor, longe diversus a clarissimo illo Colophonio, quocum saepe confunditur, quis fuerit ignoramus.* Nam etsi unum Polymnestum solum vixisse decernimus, ille tamen aut lasciva carmina, quem ad modum alii multi quamvis clarissimi, scribere potuit (cf. Papi *Wörterb. d. griech. Eigennamen*[3], s. v.), aut nullis talibus scriptis, Πολυμνήστεια fortasse eodem modo dicta sunt quo Ἀνακρεόντεια, significatione scilicet carminum lyricorum (cf. Bernhardi *Gr. Litt.*[4] I, 385; Bergki *Comm.* 232). — Postquam haec scripsi Crusium, *Philol.* XLVII, 40, similiter sed aliis de causis vidi Kocki verba reiecisse. — Idem autem Kockius Bergkium, *Poet. lyr.* III[4], 13, secutus, μουσικήν τ'

Denique poetae aliqui, carminum scriptores, — sine dubio Eunidae, gens arte musica clarissima, quippe cum haec verba sumpta sint ex fabula eodem nomine, *Eunidis*, inscripta, — eisdem verbis quae Aristophanes postea, *Eq.* 529, haud sine multis huius affert laudibus, sive laudantur sive se ipsi, chori partes agentes, laudant:

(K. 70) τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων.

Duo autem genera commemorat carminum eorum quibus in fabulis ipse uti solebat, — Lex. Messanense, f. 280 v. 15–19 (cf. Rabium, *Rhein. Mus.* XLVII, 406): ἐπιεικῶς γὰρ πᾶσαι αἱ ἀπὸ σκηνῆς ᾠδαὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ θρῆνοί εἰσιν. ἐκαλοῦντο δὲ ἀπὸ σκηνῆς αἱ τῶν ὑποκριτῶν. Κρατῖνος Ὥραις. Id. f. 282 r. 20: παλινῳδικοὶ ὕμνοι σὺν τῷ ῑ. Κρατῖνος Πανόπταις, — scoliorum duo:

(K. 236) Κλειταγόρας ᾄδειν, ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ,

qui tamen versus proverbi locum apud Graecos obtinuisse videtur Meinekio, II, 154.

Pericli quidem uni oratorum gloriam attribuit maximam, ac simul certe verbo illo γλῶττα eum inridet:

(K. 293) ὦ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων.[1]

De quo conferre licet Aristid. 46, 129: ὁ μὲν (τῶν κωμικῶν) τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου (sc. Περικλέους) γλῶτταν εἴρηκε, λέγων μὲν ἴσον τι καὶ φωνήν, ἀναμίξας δέ τι τῆς παρὰ τῆς τέχνης πικρίας τοῖς ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Quod autem Euathlum, ξυνήγορόν τινα, commemorasse dicitur (K. 75), ea ipsa res incerta est,[2] nec certe si commemoravit, de orationibus loqueretur erat necesse.

Οἰωνίχου μανθάνει scribit; haud necessario, cum nec quae in versu sequente olim fuerint sciamus, nec vero, ut ille confirmat, perpetua sit Oeonichi cum Polymnesto societas. Simul enim commemorantur tantum, quod sciam, apud Ar. *Eq.* 1287 et Schol., atque, verbis inter se simillimis, apud Schol. Luc. *Pseudolog.* 3 fin. (Hemsterhus. III, 164), et Suid. s. vv. Πολυμν. et Ἀριφράδ., Oeonichi autem solius Hesychius s. v. Οἰ. μουσεῖον, Polymnesti complures alii mentionem faciunt. (v. Papi *Wörterbuch*³, s. v.)

[1] Nescio quoque an rarius illud verbum Ἑλληνίδων, pro verbo Ἑλληνίων usurpatum, simul *mulierum Graecarum* spectatoribus significare, sic autem et Periclis et mulierum loquacitatem potuerit ludificari.

[2] Cf. Starkium ad Ar. *Vesp.* 592.

Nec vero de se suaque arte silet Cratinus. Nam primum, ne iterum in ea fragmenta (146, 324 b) animum intendamus, quae paulo ante attuli, duae fabulae, Πυτίνη et Διδασκαλίαι, totam eius artis rationem exposuisse videntur. Harum vero posterior obscura est unusque tantum superstat versus:

(K. 36) ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσ' ἀπηχθάνου.

Sed quoniam hic, ut coniecit Kockius, Musa poetae fortasse appellata est — quamquam aliter certe arbitratur Meinekius, — et index minime quidem obstat, totam fabulam aut magnam eius partem nobis iudicare licet eodem spectasse.[1] *Pytinae* autem argumentum multo est apertius; nam, forte fortuna, non solum haec plane perspicueque scripta habemus, — Schol. Ar. *Eq.* 400: γράφει δρᾶμα τὴν Πυτίνην, εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν μέθην. οἰκονομίᾳ δὲ κέχρηται τοιαύτῃ. τὴν κωμῳδίαν ὁ Κρατῖνος ἐπλάσατο αὐτοῦ εἶναι γυναῖκα καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν καὶ κακώσεως αὐτῷ δίκην λαγχάνειν, φίλους δὲ παρατυχόντας τοῦ Κρατίνου δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς ποιῆσαι καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾶν τὴν αἰτίαν, τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ, ὅτι μὴ κωμῳδοίη μηκέτι, σχολάζοι δὲ τῇ μέθῃ, — verum etiam quinque fragmenta multum lucis de eadem re nobis afferunt:

(K. 185) τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε.

(K. 199) οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν.[2]

(K. 186) ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων.
καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἰλισὸς ἐν τῇ φάρυγι· τί ἂν εἴποιμ' ἔτι;
εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

(Cf. Schol. Ar. *Eq.* 526: ὁ γὰρ Κρατῖνος οὕτω πως ἑαυτὸν ἐπῄνεσεν ἐν τῇ Πυτίνῃ, κτλ.)

---

[1] Cf. Bergk. *Comm.* 131.

[2] Priorem versum quamquam Cratini non esse iudicat Cobetus, *Nov. lect.* 146–147, tamen haud iniuria Zielinskius, *Gliederung der altatt. Kom.*, 318, adn. 2, propter insolens illud metri genus poetae vindicat.

(K. 195) λῃρεῖς ἔχων· γράφ' αὐτὸν
ἐν ἐπεισοδίῳ· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τῇ κάλλους ἀκμῇ.[1]

(K. 196) Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον.

Horum fragmentorum ut in primo[2] Cratinus oratorum more sese defendere incipit, sic in secundo consuetudinem suam scribendi, in tertio, ut indicat scholiasta ille, suas ipsius laudes exponit. Postrema quidem duo, arte inter se coniuncta, iam demum Zielinskius[3] ingeniose ac perfecte sic interpretatur: Comoediam ipsam in scaena poetae fabulam modo scriptam recitanti locos subfrigidos emendare; cum enim in Clisthenem talis deditum hic invectus sit, illam dicere: faciat eum in episodio re vera talis ludentem; hoc enim magnos risus moturum. Deinde eidem versum scribenti huius similem:

Ἐφ' Ὑπερβόλῳ τὰ πάντα νῦν κεῖται τὰ τῶν πολιτῶν,

illam respondere: auferat Hyperbolum, λυχνοπώλην illum, atque ἐν τοῖς λύχνοισι scribat, scilicet ut versus aliquantulo facetior evadat:

ἐν τοῖς λύχνοισι πάντα νῦν κεῖται τὰ τῶν πολιτῶν.

Itaque apparet, si haec vera sunt, cum ipse poeta critici officio fabulam scribens functus est, tum eundem Comoediam quoque, quae criticum ageret, in scaenam duxisse.[4]

Ac quo modo hic gloriari solitus sit, perlucide nobis docet, ut tertium illud fragmentum quod paulo ante attuli, sic Aristides 49, 386: ἀλλ' ἔγωγε κωμῳδιοποιοῦ τινος ἤκουσα σεμνολογουμένου θαυμαστὰ οἷα. καίτοι ἐάν τις ἔρηται τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἐφ' ὅτῳ μέγα φρονοῦσι,

---

[1] Sic fere Meinekius, II, 125, quem Kockius non sequitur.

[2] Cf. Kock. ad loc. laud. Kaibelus vero, *Herm.* XXIIII, 65, haec ex Gorgiae aut Thrasymachi inventis repeti putat, atque eisdem verbis demonstrari Cratinum novum quoddam genus scribendi ascivisse.

[3] *Quaest. com.* 19–22. Secutus est aliquam partem Fritzschium, *Quaest. Ar.* I, 281, et Meinekium, II, 126. Similis autem eius est Crusi opinio, *Philol.* XLVII, 39, et multo melior quam Steigeri, qui post Weckleinum pro γράψον, θάψον scripsit, nulla necessitate coactus; cf. *Acta Sem. Philol. Erlang.*, V, *Der Eigenname in der attischen Komödie*, 35.

[4] Eiusdem fabulae potest esse hoc quoque fragmentum (adespot. 498): ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἀντὶ γυναικὸς ἡ τέχνη.

φαῖεν ἄν, οἶμαι, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν, ὥσπερ καὶ αὐτῶν τις (sc. Cratinus) ὡμολόγηκεν οὐδενὸς ἐρωτῶντος. ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι χωρὶς ἀξιοῦσιν εἶναι τά τε τῶν ἀστείων σκώμματα καὶ τὰ τῶν πολλῶν· καί τις αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος ὡς προφήτης προαγορεύει τοιάδε·

(K. 306) ἀφυπνίζεσθαι χρὴ πάντα θεατήν,
ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.[1]

ὥσπερ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλων ἅπαντας σοφούς τε καὶ σπουδαίους ποιήσειν. διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς

(K. 237) ταῦτα δυοῖν ἐτέοιν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,

τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δηλονότι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον. Quorum pars fortasse est illa vana iactatio, qualem alii comici saepe edebant, sed pars utique vera praebet de poeta sua ipsius iudicia. Hic fortasse quoque laudandus est versus nuper repertus:[2] Lex. Messanense f. 281 r. 18–20 (v. Rabium, *Rhein. Mus.* XLVII, 406; Kockium, *ibid.* XLVIII, 239):

νικῶ μὲν ὁ τῇδε πόλει λέγων τὸ λῷστον,[3]

quippe quo antiqua artis comicae ratio plane exponatur. Alia autem in fabula novam rem se dicit protulisse:[4]

---

[1] De his versibus, qui aliquid comoediae historiae intersunt, cf. Frantz., *De comoediae Atticae prologis*, 5.

[2] Nec omnino est praetermittendum frag. 294 K., de quo cf. Crusi interpretationem, *Philol.* XLVII, 40; sed vix huc pertinet.

[3] Kocki coniecturam quam hic exscripsi comprobat Holzinger, *Burs. Jahresb.* CXVI, 294.

[4] Zielinskius quidem, *Quaest. com.* 19, hanc vim fragmento inesse propterea negat, quod ex *Vlixibus* affertur, cuius similes "mythologicae fabulae" iam tritissimae erant in Doriensium comoedia. At fac hanc novam rem fabulam ipsam esse poetam dicere voluisse, — id quod minime saltem est certum — cur tandem fabulae apud Dorienses etiam maxime notae et usitatae, eo tritissimae appellari possunt apud Athenienses? Fragmentum autem cum Zielinskio emendare, verbo *οὐ* ultro inserto, totaque in contrariam partem vi sic detorta, haudquaquam oportet. Bergkius vero, *Comm. de rel. com. Att.* 161, primus ad *Vlixorum* fabulae rationem illa verba putavit pertinere. Quem, praeter Kockium, causis nonnullis expositis, comprobant Schmidtius, *Jahrb. Suppl.* XVI, 382; Kaibelus, *Herm.* XXX, 81–82.

(K. 145) νεοχμόν τι παρῆχθαι ἄθυρμα.

Eiusdem fere significationis haec puto verba incertiora:

(K. 146) οὐκ ἴδι' ἄττα, κοὐκέτ' ὄνθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης.

Sic enim cum Crusio, *Philol.* XLVII, 37–38, versum scribere malo atque explicare; idem fere de eo censent et Meinekius, II, 98 et Kaibelus, *Herm.* XXX, 81. Nam eam interpretationem quam Kockius, Cobetum, *Obs. crit.* 20–21, certe secutus, exposuit: Charixenam αὐλητρίδα ἀρχαίαν fuisse καὶ ποιήτριαν κρουμάτων, ac cum dolore haec a poeta dicta esse quod prior comoediae status habitusque novo cuidam cessisset, — eam minime veram puto. Potius enim contempsisse τἀπὶ Χαριξένης videtur.[1] Huc accedit quod nonnumquam comicorum secundum consuetudinem spectatores appellabat, vel ut eos hortaretur ut sibi faverent, vel ut reprehenderet quod falsa de arte comica iudicia fecissent. Nunc enim verbis Archilochi usus inquit,

(K. 198) ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα,[2]

nunc, ira completus,

(K. 329) τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας

dicit, aut

(K. 347) Λέρνη θεατῶν, (Photius: ἀντὶ τοῦ κακῶν θέατρον)

nunc, meliore animo, aut eos de culpa excusat:

(K. 23) ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τὴν τέχνην,

---

[1] Cf. Schol. Ar. *Eccl.* 943; Theopomp. 50 K.; Mein. II, 99. Quae coniecit Headlamus, *Class. Rev.* XIII, 5, non sunt accipienda.

[2] Qua ratione Kockius, I, 74, θεαταί hic legendum esse putet, quod "chorus ad spectatores conversus haec loquitur, qui numquam πολῖται dicuntur, sed θεαταί," non intellegere possum. Ea enim ipsa de causa, quod plerumque illo verbo dicuntur spectatores, hic versus, quo Archilochum poeta imitatus est, facetior videri potuit. Cf. quoque Blaydes. *Advers.* II, 8. Et van Herwerdenus, *Mnem.* XXIV, 203, et Holzinger, *Burs. Jahresb.* CXVI, 297 sq., qui van Wageningeni sententiam sequuntur in opusculo *ad Archilochum* inscripto propositam, verba ὦ λιπερνῆτες idem esse putant quod ὦ ἀλιπερνῆτες.

aut laudis etiam aliquid eis attribuit:

(K. 169) οἱ δ' αὖθ' ἡμεῖς (Kock. δεῖ δ' αὖθ' ὑμᾶς), ὡς ὁ παλαιὸς
λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι
κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν,

aut sic blandiens sese quoque laudat:

(K. 323) χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειόγελως ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις,
τῆς ἡμετέρας σοφίας κριτὴς ἄριστε πάντων,
εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησις.[1]

Iam vero apertis huius iudiciis examinatis, ea obscuriora occultioraque percurramus, quae supra dixi de verbis vel de arte ipsa poetae extrahi posse. Ex indicibus saltem consideratis nihil fere disci potest, quippe cum neminem omnino in hac re imitatus sit, nisi quod pauci sunt indices Epicharmi similes. Ab eodem illud fabularum genus sumere potuit quo deorum heroumve historias antiquas nonnumquam in ludicro detorqueret.[2] Verba autem aliorum, Homeri, Hesiodi, Sapphus, Archilochi, Solonis, Aeschyli, Euripidis, Herodoti, oratorum imitatus est,[3] modo quidem ludibri causa, modo fortasse laudationis. Ὀδυσσῆς certe Homerica quaedam erat fabula, ac rerum verborumque Homericorum plena;[4] similis Εὐνεῖδαι, in qua fabula, ut supra dixi, Homerus culpatus est. Conferre praeterea licet Ath. 15, 698 c: κέχρηται δὲ (παρῳδίαις) . . . καὶ Κρατῖνος . . . ἐν Εὐνείδαις. Numquam, quod scio, Cratinus aut versus suos iteravit aut fabulas retractavit. Sed haec hactenus.

Sunt etiam in poetarum comicorum numero CRATES et Pherecrates, qui deinceps considerandi sunt. Cur vero horum comoedias magis ad fabulas aliorum poetarum ridendas spectare arbitretur Petersius, *Ar. iudicium de tragicis*, 31, adn. 92, nescio. Nam vera haec vix esse pos-

---

[1] De hoc aliisque similibus iudiciis, quae certe parvi preti sunt, cf. Roemer. *Bayer. Akad. d. Wissen.* XXII, 78.

[2] Cf. Lorenz. *Epicharm.* 208.

[3] Cf. Scherrans. *De poetarum com. Att. studiis Homericis*, Regimonti, 1893, 4 sqq.; Platon. xiv, 71; Kock. fragg. 95, 357, 69; Hesych. s. v. Δωροῖ συκοπέδιλε; Kock. fragg. 10, 128 (cf. *Rendiconti d. R. Acc. d. Lincei*, Ser. V, Vol. IV, p. 69 sqq.), 198, 364, 273, 316 (cf. Nauck. *Mélanges Gréco-Romains*, V, 223), 185.

[4] Cf. fragg. 135, 137–145, 149; simile videtur fragmentum quoddam Νόμων (Kock. 129), post ea quae scripserunt Kaibelus, *Herm.* XXX, 439, Radtkius, *Herm.* XXXVIII, 149.

sunt, nisi parodiis fortasse imprimis illos alios poetas esse inrisos iudicat. Prioris enim inter reliquias, etsi certe haud parvae exsistunt, perpauca sunt iudicia. Laudare possum hos duos versus:

(K. 24) τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἔστιν,

quo de meliore tragicorum in scribendo condicione queritur, et

(K. 19) ἔπη[1] τριπήχη θετταλικῶς τετμημένα,

in aliquem dictum longioribus verbis utentem. Adde Ῥήτορας, fabulam in aliquo genere fortasse, ut arbitrantur Egger, *Hist. Crit.*[2], 42, et Romagnolius, *Nuova Antologia*, LXIX, 684, ad litteras pertinentem, quamquam paene nihil praeter indicem exstat. Quod vero Magnetis duobus vel tribus indicibus[2] usus est, aut, ut Meinekius, I, 64 et Egger, *ibid.*, 35 voluerunt, fabulas ipsas emendatas pro suis edidit, illius poetae aliqua ex parte hunc apparet admiratorem fuisse. Praeterea, quod pertineat ad rem nostram, est nihil nisi iudicium putes, quod Epicharmum sive ex industria sive casu secutus rationem artis comicae permutaverit; testimoni causa haec ex Aristotelis *de Arte Poetica* libro, 1449 b, 5, afferenda sunt:[3] τὸ δὲ μύθους ποιεῖν [Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις] τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε * *, τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους. Quae ipsa mutatio maxima quidem est causa inopiae iudiciorum. Quandoque enim viros ipsos iam non perstringunt comici, minime est mirandum quod scripta quoque eorundem praetermittunt.

Cum iam Pherecratis ad reliquias pervenimus, eis quoque, tametsi certe multo plures sunt numero quam Cratetis, perpauca esse iudicia perspicimus — idque fortasse eadem ipsa de causa. Hic enim illius imitator fuisse dicitur ab Anon. περὶ κωμῳδίας, p. 8, 32 (Kaibel.): (Φερεκράτης) ἐζήλωκε Κράτητα καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει, γενόμενος εὑρετικὸς μύθων.

---

[1] Sic enim scripsi cum Casaubono, Meinekio, Kaibelo (ad Ath. 10, 418 c). Kockius quidem vere verbum τριπήχη confirmat amissum aliquod ad verbum pertinere posse, sed probabilius videtur Athenaeum cum epithetis illis nomen quoque attulisse.

[2] Sunt hi Διόνυσος, Ὄρνιθες, fortasse Ποάστρια.

[3] Cf. praeterea Ath. 10, 429 a; Lorenz. *Epicharm.* 208; Mancin. *Riv. d. Fil.* XXIV, 541, adn. 1.

Semel tamen Aeschylum[1] laudat vel potius illum sese laudantem in scaenam deducit: Schol. in Ar. *Pac.* 749, — quo quidem loco eisdem fere verbis de se ipso Aristophanes usus est — καὶ Φερεκράτης ἐποίησε τὸν Αἰσχύλον λέγοντα ἐν τοῖς Κραπατάλοις[2]

(K. 94) ὅστις γ' αὐτοῖς παρέδωκα τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας,

semel fastidiose improbat comicos antiquos:

(K. 185) ὁ χορὸς δ' αὐτοῖς εἶχεν δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ στρωματόδεσμα,[3]

semel, si eius vere est fabula Χείρων, de nova artis musicae depravatione latius loquitur:[4] Plut. *Mor.* 1141 d sq.: ὡς καὶ Φερεκράτην τὸν κωμικὸν εἰσαγαγεῖν τὴν Μουσικὴν ἐν γυναικείῳ σχήματι, ὅλην κατῃκισμένην τὸ σῶμα· ποιεῖ δὲ τὴν Δικαιοσύνην διαπυνθανομένην τὴν αἰτίαν τῆς λώβης καὶ τὴν Ποίησιν (corrigunt Μουσικὴν) λέγουσαν·

(K. 145) ΜΟΥΣ. λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα, σοί τε γὰρ κλύειν
ἐμοί τε λέξαι μῦθον ἡδονὴν ἔχει.
ἐμοὶ γὰρ ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης,
ἐν τοῖσι πρῶτος ὃς λαβὼν ἀνῆκέ με
χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα.[5]
ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνὴρ
ἔμοιγε[6] . . . πρὸς τὰ νῦν κακά.
Κινησίας δέ μ' ὁ κατάρατος Ἀττικός,
ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν ταῖς στροφαῖς,[7]

---

[1] De aliis tragicis nihil. Egger enim maxime est negligens, qui cum (*Hist. Crit.*[2], 39) dicit, *Dans la période de l'Ancienne Comédie, depuis Chionidès . . . jusqu' à Aristophane, . . . il n'y a peut-être pas un seul poète qui n'ait mêlé la critique littéraire à ses fictions comiques,* — primum hoc exemplum ex Ath. 8, 343 c, affert, quod Pherecrates Melanthium perstrinxerit in *Petale.* Sed Athenaeus ipse eodem ipso in loco aperte ἐπ' ὀψοφαγίᾳ eam inrisionem fieri dicit: mirum nempe *critique littéraire.*

[2] Cum Aeschyli quidem partes sint in hac fabula, olim fortasse aliquid plus quam nunc perspici potest ad litteras pertinuit.

[3] Cf. Ar. frag. 253 K.

[4] Cf. Denis. *Com. Gr.* II, 62–63; Smyth. *Gr. Melic Poets*, p. lvii.

[5] Hic et vv. 16 et 25 eos numeros retinui qui in MSS. reperiuntur. Cum enim ita inter se dissentiant viri musicis rebus eruditi ut v. 5 et δέκα et ἐννέα et δώδεκα comprobare possint; v. 16, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, ἕνδεκα; v. 25, ἕνδεκα, δώδεκα et, quod sciam, etiam alia, quid possunt tirones?

[6] Kockius: *fort.* εἰς τὴν τέχνην ἔμοιγε.

[7] De interpretatione et iustitia huius a Musica factae querelae, cf. Romagnol. *Nuov. Antolog.*, quarta serie, LXIX, 691, 693; Weil. et Reinach. *Plutarque de la Musique*, 118–127; Gevaert. *Musique de l'Antiquité*, I, 355, adn. 4; II, 263.

10 ἀπολώλεχ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως
τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν,[1]
ἀριστέρ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.[2]
ἀλλ' οὖν ἀνεκτὸς οὗτος ἦν ὅμως ἐμοί.
Φρῦνις δ' ἴδιον στρόβιλον ἐμβαλών τινα,
15 κάμπτων με καὶ στρέφων ὅλην διέφθορεν,
ἐν πέντε χορδαῖς δώδεχ' ἁρμονίας ἔχων.
ἀλλ' οὖν ἔμοιγε χοὖτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ·
εἰ γάρ τι κἀξήμαρτεν, αὖθις ἀνέλαβεν.
ὁ δὲ Τιμόθεός[3] μ', ὦ φιλτάτη, κατορώρυχεν
20 καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. ΔΙΚΑΙΟΣ. ποῖος οὑτοσὶ
ὁ Τιμόθεος; Μ. Μιλήσιός τις Πυρρίας.
κακά μοι παρέχων ἅπαντας οὓς λέγω
παρελήλυθ' ἀγαπῶν ἐκτραπέλους μυρμηκιὰς
26 ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους,
καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
28 καμπῶν με κατεμέστωσε.[4] . . .
κἂν ἐντύχῃ πού μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
25 ἀπέδυσε κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.[5]

Vt autem alii, sic Pherecrates, et spectatores et iudices appellabat. Nam illis, leviter reprehendens, inquit,

(K. 191) ἵν' ἀφυπνισθῆτ' οὖν ἀκροᾶσθ'· ἤδη γὰρ καὶ λέξομεν, —

cuius similis est locus E. M. 312, 18 (K. 208): ἐγρηγόρσιον· τὸ ποιοῦν ἐγρηγορέναι, εἴτε βρῶμα εἴτε ἄλλο τι τοιοῦτον. Φερεκράτης ἐγρηγόρσιον, τουτέστι πανσινύσταλον. ῥητορική, — et de suae artis copia, qua quasi cenam facturus est,

(K. 122) ἀλλὰ καὶ κίσταις ἐν ἐμαῖσιν ἀπόκειθ' ἃ μέλλομεν ἀριστήσειν,[6]

---

[1] Kockius Hanovium secutus: ἀσπίδες *sunt ordines militum*, — id quod mihi minime clarum videtur; multo melius verba interpretatur Zielinskius, *Gliederung*, 267, adn. 2, conlato Ar. *Ach.* 1128, *im Spiegel*, et eodem modo Weilus et Reinachus, *ibid.*

[2] Cf. ea quae de hoc versu dicit Crusius *Philol.* XLVII, 43.

[3] Hic ipse (frag. 12 Bergk.) sic cecinit: Οὐκ ἀείδω τὰ παλαιὰ | καὶ τὰ καινὰ γὰρ ἅμα κρείσσω, κτλ.

[4] Vv. 26–28, sicut Bergk., Westphal., Weil. et Reinach., post 23 inserui.

[5] Nescio an post haec laudandum sit frag. 18, cuius verbum τερθρία rhetorice usurpari potuit.

[6] κίσταις Kock. pro κοίταις; quam emendationem Blaydesius, *Advers.* II, 23, feliciter iudicat factam. — De fabula haud raro a poetis cum cena comparata, cf. Cratin.

tum, novis numeris inventis, hoc modo eisdem ut animos attendant imperat:

(K. 79) ἄνδρες, πρόσχετε τὸν νοῦν
ἐξευρήματι καινῷ,
συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.

Quibus verbis, ut magister ille Horatianus Albini filio, sic poeta sibi ipse propter sollertiam εὖ clamare mihi videtur. Iudicibus autem, tamquam si timeat ut victoriam reportet, more comico minatur:

(K. 96) τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω,
μὴ 'πιορκεῖν μηδ' ἀδίκως
κρίνειν, ἢ νὴ τὸν φίλιον
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φερεκράτης λέξει πολὺ τού-
του κακηγορίστερον.

Indices vero eius maxima ex parte novi sunt nec ab aliis poetis mutuati. Rationem tamen scribendi, ut supra demonstravi, a Cratete sumpsisse videtur, fortasse etiam ab Epicharmo. Vt enim hic, sic ille εὑρετικὸς μύθων fuisse dicitur ab Anon. *de com.* II, 8 (p. 8, 34 Kaibel.), et eiusdem generis fabulas scripsit.[1] Ex Hesiodi quidem *Eoeis* versus paucos eum transcripsisse arbitratur Meinekius II, 335, conl. fragg. 152, 153 K., et complurium certe, et Homeri et Sophoclis et praeterea fortasse Aeschyli Pindarique, verba versusve repetebat.[2]

Restant nobis priusquam Eupolidis multa fragmenta persequimur, tres poetae minores, Teleclides, Hermippus, Philonides. Quorum is quem primum nominavi, TELECLIDES, fabulam scripsit Ἡσιόδους qua poetas saepe numero lacessivit, — id quod et propter indicem consentaneum est et quia ex octo eius fragmentis duo ad poetas pertinent.[3] Nam

---

169, Ar. *Eq.* 538, Metagen. 14 (K. I, 708), frag. com. adespot. 1330, Aesch. apud Ath. 8, 347 e, Astydam. apud Ath. 10, 411 a.

[1] Cf. Lorenz. *Epicharm.* 209.

[2] Fragg. 11, 149, 193, 111. Quod vero Sihler, *De parodiis*, 4, *Pherecrates*, inquit, *per parodiam illusit verbum* χυτρίζειν (v. frag. 247 K.) *cum significatione interficiendi a Sophocle usurpatum fortasse quod translatio ea parum digna visa fuerit sermone tragico,* — id maxime mihi videtur incertum; Aeschylum utique haud minus quam Sophoclem perstrinxit. Cf. Aesch. frag. 122; Soph. frag. 489.

[3] Cf. Kock. I, 213; Meinek. I, 88; Christ. *Gr. Litt.*[3], 288.

maxima parte amissa, exstant et haec de Philocle, Aeschyli nepote, quae Poesis fortasse locuta est: —

(K. 14) ἀλλ' ἡ τάλαινα Φιλοκλέα βδελύττομαι,
εἰ δ' ἐστὶν αἰσχρός, Αἰσχύλου φρόνημ' ἔχει,[1] —

et haec alia de Gnesippo, cuius sub Nothippi nomine ut origo sic facultas poetica in ludibrium vertitur:[2] Ath. 8, 344 d: ὅτι δὲ οὗτος (Νόθιππος) ἦν ὁ ποιητής, σαφῶς παρίστησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις (K. 16), et paulo ante Νόθιππον τὸν τραγῳδιοποιόν. Idem Teleclides Philoclem eundem iterum fortasse improbavit quod scribendi rationem usurparet parum correctam: — Hesych. δορυφόνον· τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· ὅτι δὲ Φιλοκλῆς (sic pro Φιλόκτητος Pearson, Meinekius, Kockius) τῇ λέξει ἐχρήσατο πρῶτος, δηλοῖ Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσι (K. 29). δηλοῖ δὲ τὸν δολοφονοῦντα. — et Euripidem, quod a Socrate Mnesilochoque in scribendo adiuvaretur, vehementer insectatus est:[3] Diog. L. 2, 18 (K. 39, 40): ἐδόκει δὲ (Σωκράτης) συμποιεῖν Εὐριπίδῃ· ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί·

Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου,
. . . ᾧ καὶ Σωκράτης
τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι,

καὶ πάλιν·

Εὐριπίδας σωκρατογόμφους.[4]

---

[1] Haec enim quamquam haud sunt certissima, cum Cobeto, *Nov. lect.* 37–38, et Kockio, *Rhein. Mus.* XXX, 412, legi. Sunt saltem multo praeferenda eis quae Rutherfordius, *Schol. Aristoph.* II, 457, ingeniose sed parum caute coniecit. P. Smithius in *Dict. Biogr.* III, 301 sicut Welcker, *Gr. Trag.* III, 969 et Baehrius in Pauli *Real-Encycl.* V, 1518, verba faciunt falsissima de his versibus, cum dicunt Teleclidem confirmare nihil esse Philocli animi Aeschylei.

[2] Vt Wilamowitzius, *Obs. crit.* 28: non ille genuinos edidit partus, sed νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' κτλ.

[3] Tantum enim colligere licet e verbis corruptissimis.

[4] Fortasse scribendum est cum Fritzschio (γνώμας) εὐριπιδοσωκρατογόμφους, aut cum Meibomio (ap. Hübner. *Comm. in Diog. Laert.* I, 329) intellegendum (στίχους) Εὐριπίδης σωκρατογόμφους. — De Socrate una cum Euripide scribente dissentiunt inter se Wilamowitzius, *Eurip. Heracles*[1], I, *Einleitung in die Attische Tragödie*, 23, et Weilus, *Études sur le Drame Antique*, 23. Res quamquam haud gravissima est, fortasse tamen notare licet Socratem, ut narrant Plato et Diogenes Laertius, poemata in carcere fecisse, — sed hoc etiam Schanzius, *Herm.* XXIX, 597, vix probabile putat. Has tamen criminationes veri simillimum videtur ea de causa exstitisse, non quod vere

Cf. Vitam Euripidis (Elmsl. Eur. *Bacch.*, p. 193): *δοκεῖ αὐτῷ* (sc. Euripidi) *καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά, ὥς φησι Τηλεκλείδης· 'Μνησίλοχος δὲ ἐκεῖνος Φρυγικόν τι δρᾶμα καινὸν Εὐριπίδῃ καὶ Σωκράτης ὑποτίθησιν.'* Cum autem alio loco spectatores sic appellat, —

(K. 4) *ὦ τὰ μὲν κομψοί, τὰ δὲ φαυλότεροι*
φαυλίων μήλων, —

indicat certe sese sua quidem sententia multo meliorem esse poetam quam illi iudicaverint. Quod superest, his quoque verbis subest quidam litterarum sapor:

(K. 37) *σὺ δὲ φρόνιμος αὐτὸς ὢν*
ἀπαρτὶ ταύτης τῆς τέχνης.

Obscuriora vero illa iudicia in huius reliquiis nulla repperi praeter hoc, quod prologos Euripidis, Kocki secundum coniecturam (v. adn. in frag. 31), semel saltem imitando inrisit.

De altero eorum quos supra nominavi poetarum, HERMIPPO, vix quidpiam dicere possumus, nedum de postremo, PHILONIDE. Ille certe Phrynichum incusavit quod aliorum scripta furaretur: Schol. Ar. *Av.* 750: *μέμνηται (Φρυνίχου τοῦ κωμικοῦ) Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα* (K. 64). Periclem autem insectatus, ut praecipue ea quae in re publica ille faciebat animadvertit, sic partim miras eius orationes:

(K. 46, vv. 2–3) *ἀλλὰ λόγους μὲν*
περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει, κτλ.

Homerum, praesertim in *Phormophoris* fabula, imitabatur;[1] *διασκευὴν* forsitan *Μοιρῶν* fabulae sub nomine *Στρατιωτῶν* fecerit.[2]

Ille autem tertius Sophoclis unum versum in ridiculum vertit (K. 7); praeterea nullum exstat iudicium; nam *Proagon*, cuius index

---

una cum Euripide ille tragoedias scripsit, sed quod hic et fabulas scripsit philosophorum sapientiae et sententiarum plenas, et novarum rerum in rebus scaenicis, sicut in scholis ille, erat auctor. Cf. Naek. *Choeril.* 56–57; Peters. *Ar. iudicium de tragicis*, 48–53; Deschanel. *Études sur Aristophane*[3], 264.

[1] Fragg. 63, 82; Scherrans. *De poet. com. Att. stud. Homericis*, 12 sq.; Christ. *Gr. Litt.*[3], 288.

[2] Duos saltem versus illius comoediae in hac iteravit. Cf. Bergk. *Comm.* 323.

vero ad litteras poetasque spectare videtur, haud Philonidis est, ut opinor, sed Aristophanis,[1] ac fabula cui *Cothurnis* est nomen nihil ad tragoediam sed potius ad Theramenem virosve eius consimiles attinuit.[2] De his igitur hactenus.

Nunc EVPOLIS quo modo iudicaverit de litteris poetisque videamus. Et primum hoc affero quo Stesichori, haud scio an cum nullo iudicio, mentionem fecit:

(K. 361) δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν †
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν, οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Sententia tamen sua et de illo et de aliis lyricis et de Gnesippo tragico (cf. supra, p. 142, adn. 1) qualis fuerit clarius ex his versibus apparet:

(K. 139) τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
ἀρχαῖον ἀείδειν· ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστιν ἀκούειν.
κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Similiter et Pindarus approbatur et alii novi poetae vulgusque eorum fautores tacite culpantur: Ath. 1, 3 a (K. 366): ὡς τὰ Πινδάρου ὁ κωμῳδιοποιὸς Εὔπολίς φησιν, ἤδη κατασεσιγασμένα (sic Schweighäuser et Kaibelus pro -μένων) ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας.[3]

Euripidem autem inrisit quod unum par versuum cantici loco ponere solebat, — nam hoc saltem ex his verbis dubiis eliceri potest: Schol. Eur. *Med.* 520 (K. 363): ἡ διστιχία τοῦ χοροῦ ἐστι· κατὰ δὲ τούτους <τοὺς χρόνους> ἤδη τὰ τῶν χορῶν ἠμαύρωτο. τὰ μὲν γὰρ ἀρχαῖα <δράματα> διὰ τῶν χορῶν ἐπετελεῖτο. ὅθεν καὶ Εὔπολίς φησι· 'τί χορὸς οὗτος κλαίειν εἴπωμεν πυρανι' * * ἵν' ᾖ κατ' αὐτὰ ἰαμβεῖα δύο.[4]

Aristophanis vero Eupolidisque simultas notissima est:[5] cum enim,

---

[1] Cf. Bergk. ap. Meinek. II, 912; Stark. Ar. *Vesp.*, p. 391–2; et e contrario Hiller. *Herm.* VII, 404.

[2] Cf. Meinek. I, 103.

[3] Duo quae proxime laudavi fragmenta, ut alia quaedam, Froehdius, *Berlin. Stud.*, N. F., III, 119–120, vix comprehendere videtur; cf. *Berl. phil. Woch.* XIX, 1060.

[4] Eundem Euripidem quod male chorum administret sed et alia de causa culpat quoque Aristoteles, *Poet.* 1456 a, 25; cf. Hor. *A. P.* 193. — Frag. 159, 14 sq. quamquam Acestor tragicus atque eius σκῶμμα ἀσελγές commemorantur, scripta vix tangi puto.

[5] Quod Mayor, *Class. Rev.* XII, 450, veram inimicitiam nullam fuisse coniecit Aristophani cum Eupolide, sed eam hac de causa simulatam esse ut illi maiorem sibi famam adipiscerentur, id nimis nostrae aetatis mores olet.

Equitibus illius hoc adiutore scriptis, invidia permotus illum calumniatus esset, cum autem uterque invicem alterum obiurgasset,[1] tum denique *Autolycum* hic edidit, cuius vero fabulae parabasis illius criminationibus referta est. Ei enim primum obiecisse videtur quod indigne arte comica usus amatoribus iratis morem gessisset; confer enim Ar. *Vesp.* 1025 sqq.,

> οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν· οὐδ' εἴ τις ἐραστὴς
> κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸς αὐτόν,
> οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι,[2]

ubi scholiasta: δι' Εὔπολιν· ἐν Αὐτολύκῳ δὲ τοιαῦτά φησι (K. 57), — tum *Pacem* fabulam derisit: Schol. Plat. 331 (Bekk.): κωμῳδεῖται δὲ (Ἀριστοφάνης) ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα. Εὔπολις Αὐτολύκῳ (K. 54), Πλάτων Νίκαις (K. 81), — deinde illum inventorem novarum rerum[3] exagitavit, quod non dubitasset, ut ait Luebkius, *Obs. crit.* 48, *alienos catinos delambere*[4] *i. e. aliorum inventa in suum commodum convertere:*

> (K. 52) ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσεβῶν βίον ὡς μοχθηρὸν ἔτριβεν
> πόσῳ † πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.[5]

Baptas autem *Autolyci* similem constat fuisse, quod multa eiusdem convicia continebat. In qua fabula haec ad illum spectantia invenimus:

> (K. 78) κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
> συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Cf. Schol. Ar. *Nub.* 554: Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησίν, ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς. λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. Schol. Ar. *Eq.* 1291: φασί τινες Εὐπόλιδος εἶναι τὴν παράβασιν, εἴγε φησὶν Εὔπολις 'ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ.'[6] Et hic aliud

---

[1] Cf. Wilamowitz. *Obs. crit.* 41 sqq.; Cobet. *Obs. crit.* 84.

[2] Quo modo tamen oporteat haec verba interpretari, incertum est. Nam possunt esse poetae et se defendentis contra aemuli crimina, et crimina in eum inferentis. Nec multum lucis affert Scholiasta. Cf. Kock. I, 271; Starki Comm. in Ar. *Vesp.* 1026.

[3] Cf. Ar. fragg. 528, 699.

[4] Cf. Ar. frag. 581.

[5] Sic enim, ut opinor, cum Luebkio, loco laudato, haec sunt scribenda intellegendaque, — cf. Starki adn. in Ar. *Vesp.* 56, — nisi simul fortasse vi obscaena ambigue sunt dicta. Cf. Meinek. V, 34; Kock. I, 271.

[6] Cf. Kirchhoff. *Herm.* XIII, 287 sqq.; Kock. Ar. *Eq.*[3], p. 25.

fragmentum proferre oportet quod Frantzius, *De com. Att. prol.* 62, ad Aristophanis *Equites* pertinere putat:

(K. 188) νὼ γάρ, ἄνδρες, οὐχ ἱππεύομεν.[1]

Sic autem ea interpretatur: hac in fabula chorus non constabit ex equitibus. Quae ratio quamquam adlicit certe si quis rem nostram persequitur, tamen incertam esse eam est confitendum. In alia vero nescio qua fabula praeclare scriptum est:

(K. 357)[2] ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, τἀμὰ καὶ ξυνίετε
ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι.

* * *

ὅ τι παθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς,
ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν
ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν,
μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.[3]
ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε πάντως. μεταβαλόντες τοὺς τρόπους
μὴ φθονεῖθ' ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων, —

quibus idem Aristophanes, ὁ ξένος, imprimis peti videtur.[4] Sed alii praeter hunc aemuli perstringebantur, in quos invehitur his versibus:

(K. 244) τὸ δεῖν' ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρόν. γελῶσιν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία.[5]

Nam ioco inficeto dicto vel gestu turpi ab actore facto, verbis alia persona aliam culpare, sed re vera poeta aemulos, quod talia saepe fecis-

---

[1] Hoc fragmentum plenius aliquantulum est scriptum in Lex. Messanensi, f. 281 r. 23–24: πεύσεσθε· νὼ γάρ, ἄνδρες, οὔθ' ἱππεύομεν. Cf. Rabium, *Rhein. Mus.* XLVII, 407; Kock. *ibid.*, XLVIII, 238.

[2] Mueller-Struebingius, *Jahrbb.* CXLI, 541, adn., haud firmissimis de causis haec Eubulo adiudicat.

[3] Cf. Luebk. *Obs. crit.* 36 et de significatione horum versuum omnium, Zielinsk. *Gliederung*, 242, adn. 1.

[4] Cf. Meinek. I, 111–112 et de crimine ξενίας Aristophani inlata van Leeuwen. *Mnem.* XVI, 263 sqq., Bodensteiner. *Burs. Jahresb.* CVI, 152–153, Murray. *Proc. Am. Phil. Asso.* XXXIV, p. lxxxii sqq.

[5] Meinekium, etsi incertus, sequor, τὸ δεῖν' pro τὸ δεινῆς et γελῶσιν pro γελᾷς scribentem. — Varie haec interpretantur Meinekius, Bergkius, Wilamowitzius, — quorum mentionem fecit Kockius, I, 324, — et Luebkius, *Obs. crit.* 47, Mancinius, *Riv. d. Fil.* XXIV, 533 sqq.

sent, videtur, hoc est, sicut Aristophanes, levibus pravisque rebus hic et ipse utebatur et alios cum risus excitandi causa usi essent culpabat.

Musicis autem de rebus sunt haec :

(K. 245) τί κατακροᾶσθέ μου τὰ μουσοδονήματα;

(K. 303) A. ἄγε δὴ πότερα βούλεσθε τὴν νῦν διάθεσιν
ᾠδῆς ἀκούειν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;
B. ἀμφότερ' ἐρεῖς, ἐγὼ δ' ἀκούσας τοῖν τρόποιν
ὃν ἂν δοκῇ μοι βαστάσας αἱρήσομαι.

Quorum fragmentorum in priore quemvis Agathonem dicere posse putat Kockius, I, 324, in altero, I, 339, Strepsiadem aliquem ac Phidippidem appellari, sed respondere filium solum. Atque illud quoque nostra interest, ne ea quae sint apud Quintilianum, 1, 10, 18 praetermittamus: *Eupolis, apud quem Prodamus et musicen et litteras docet et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musice scire nisi litteras confitetur* (K. 17 et 193). Declarant enim haec Αἶγας quidem fabulam, in qua persona erat Prodamus ille, aliqua ex parte litteras attigisse.[1] Cetera nescio an parvi sint momenti. Ad haec, verba σοφιστήν (K. 447), quod Eust. 1023, 14, τὸν ῥαψῳδόν significasse dicit, et αὐτοκάβδαλον vel αὐτοκάβδαλα ποιήματα[2] (K. 200) docent in his rebus quas nunc persequimur hunc versatum esse.

Nec vero oratores neglexit. Nam cum Pericli illis verbis praeclaris plurimum laudis attribuit: —

(K. 94) κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν·
ὁπότε παρέλθοι δ', ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς,
ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
ταχὺν λέγεις μέν,[3] πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν·
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.[4]

---

[1] Cf. Kock. I, 258.

[2] Cf. Blaydes. *Advers.* II, 43, et de vi horum verborum *N. Jahrb. Kl. Alt.* IX, 410–411; *Class. Rev.* XVII, 333.

[3] Headlami sententiam, *Jour. Phil.* XXIII, 279, verba ταχὺν λέγεις μέν alteri tribuenda esse personae, meliorem arbitror quam Meineki, qui vv. 4–7 cunctos alteri tribuat, ac forsitan illi sit adsentiendum.

[4] Cf. Nauck. *Mélanges Gréco-Romains*, V, 219, adn. 56, qui multos collegit locos ubi hi versus laudantur.

Cf. Aristid. 46, 129, 14: *ἀνεπίφθονον* (Περικλεῖ) *καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀποδέδωκε λέγων ὡς ἐκ δέκα μὲν ποδῶν κτλ.*—tum Demostratum et vehementer inrisit et parce laudavit: Aristid. *ibid.*: . . . *πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον* (sc. Periclem). *φησὶ γοῦν* (Εὔπολις) *οὑτωσὶ δυσχεραίνων*·

(K. 96) *ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις, ὅν γ' ἔστιν λέγειν;*[1]

B. *ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.*

Schol. Ar. *Lys.* 397: *Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο. . . . καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει*·

(K. 97) *τί κέκραγας ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;*

Item Phaeacem et Syracosium acerbe exagitat; de hoc certe, si re vera legis erat auctor qua licentia comicorum coerceretur, praeiudicata ei erat opinio nec sine ira haec scripsit: Plut. *Alcib.* 13: *ἦν γὰρ* (Φαίαξ) *ὡς Εὔπολίς φησι*

(K. 95) *λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.*

Schol. Ar. *Av.* 1297: *οὗτος γὰρ τῶν περὶ τὸ βῆμα. καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πόλεσι διασύρει*·

(K. 207) *Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ,*
τοῖς κυνιδίοισι τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων·
ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

Alios quoque eum conviciis adortum esse ex his licet conicere: (K. 367 b; III, Suppl., 719) Aristid. 46, 127, 7: . . . *ὥστ' ἐξ αὐτῶν ὧν τοὺς ὕστερον ᾐτιάσαντο* (*οἱ κωμικοί*) *καὶ ὧν ὑπὸ τῶν μετ' ἐκεῖνον* (sc. Periclem) *διεβλήθησαν τά γ' ἐκείνου σεμνύνεται.* Ad quae Schol. III, 467, 23 (Dind.): *εἰς τοὺς κωμικοὺς αἰνίττεται· ὧν εἷς ἐστιν ὁ Εὔπολις.* De se certe suaque arte nonnullos versus quos hic fecit, supra, p. 159 sq. (fragg. 78, 188, 357), laudavi.

Sed aliorum nonnumquam poetarum et res et verba imitabatur; Phrynichi enim invento aliquando usus est, ut nobis confirmat Aristophanes, *Nub.* 553–6:[2]

---

[1] Forsitan, ut monuit Romagnolius, *Nuov. Antolog.*, IV ser., LXIX, 683, haec loquatur Pericles, quem in scaena fuisse constat.

[2] Cf. Stanger. *Blätter f. d. Bayer. Gymnasialschulwesen*, II, 204.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστος παρείλκυσεν
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,
προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος εἵνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Aeschyli quoque exemplum in *Persis* propositum secutus Manes in scaenam ipse quadam in fabula induxit.[1] Accedit quidem quod non modo Cratini et Aristophanis, nisi scribarum erroribus decipimur, versibus paulum aut nihil mutatis utebatur,[2] sed etiam multo saepius ludibri causa eodem facto, et Homerum imitabatur et tragicos, Aeschylum, Euripidem, Phrynichum.[3] Versuum denique complurium quos in Aristophanis *Equitibus* ipse scripserat, partem forte in *Maricante* sua repetiit;[4] et *Autolycum*, teste Galeno, XV, 424 (Kühn), fortasse etiam alias fabulas, — v. Suidam, s. v. διασκευαζόμενος, — retractatas iterum edidit. Quae cum ita sint omnia, constat eum litteris deditum saepe de leporibus vitiisque scriptorum iudicia fecisse.

Reliquum est, priusquam ad principem illum praeclarum comicorum Graecorum venimus, Aristophanem, ut de uno poeta PHRYNICHO loquamur, cuius reliquiae, cum exiguae sint, tum ad rem quam tractamus excutiendam gravissimae. Fecit enim hic et *Musas* fabulam certamen continentem Sophoclis fortasse[5] Euripidisque de artis tragicae principatu, et quae consimilis videtur fuisse, *Tragoedos* sive *Libertos*.[6] Quamquam non tam graves eas fabulas arbitror quam Egger, *Hist. Crit.*² 39, qui vero a *Musis* dixit novam quandam aetatem initium cepisse, quasi tum primum totas comoedias de litteris solis scribere coeperunt poetae. At iamdudum tales comoedias scripsisse videntur et *Archilochos* Cratinus et *Hesiodos* Teleclides, — ne alias aliorum haud paucas commemorem.

---

[1] Cf. Kock. III, Suppl., 717, ad fin.

[2] Eupol. 107 = Cratin. 283; Eupol. 457 = (paene) Ar. *Vesp.* 819.

[3] Cf. fragg. 159, v. 11 (117, v. 6); Scherrans. *De poet. com. Att. studiis Homericis*, 16; fragg. 192, 212; 90, 103, 221, 314; 411 (cf. Nauck. *T. G. F.*², 724, adn. in frag. 18).

[4] Cf. Kirchhoff. *Herm.* XIII, 292.

[5] Sic enim Meinekius, I, 157. Petersius tamen *Ar. iudicium de summis trag.*, 44–45, et Kockius in praef. *Ran.*³, § 25, haec idcirco minus probanda iudicant, quia Sophocles et mitis erat natura aversusque a certaminibus et in arte modum plerumque tenebat. Quae certe haud carent veritate.

[6] Cf. Meinek. I, 158.

Quocirca in Phrynichi fabulis nihil fere novi contineri videtur; sed nihilominus hoc certe ex usu sunt quod paulo certiores nos faciunt permultas tales a comicis Atticis comoedias esse scriptas.

Musae, igitur, fabula, ut ad propositum revertamur, et Cratini *Archilochorum* et Aristophanis *Ranarum* erat simillima, et eodem vero tempore atque haec docta est. Indicem autem illum ea de causa accipiebat, ut putat Meinekius, I, 157, conlato frag. 32, quod Musarum chorus litis erant iudices. Duo quidem ex ea fragmenta affero, alterum de Sophocle saepe laudatum, alterum, ut idem Meinekius, II, 593, iudicat, de Musa Euripidis:

(K. 31) μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας·
καλῶς δ' ἐτελεύτησ' οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.[1]

(K. 33) ὦ κάπραινα καὶ περίπολις καὶ δρομάς.

E *Tragoedis* quoque par est fragmentorum:

(K. 54) αἰτίαν ἔχει
πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.

(K. 55) τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν.

De quorum interpretatione tametsi nihil certi dicere possumus, fortasse in illo aliquis tragicus culpatur;[2] in hoc Kockius (I, 384,—cf. Meinek. I, 159) sibi videtur Euripidem contra Aeschylum Sophoclemve dicentem audire. Horum vero poetarum hunc quem proxime nominavi apparet a Phrynicho in magna habitum esse admiratione. Nam praeter illud dictum praeclarum paulo ante adlatum, cum vinis quibusdam eum

---

[1] Sophocles, ut Jebbius, *Class. Gk. Poetry*, 180, viri beati, plus ullo alio Graecorum antiquorum, exemplum praebet illorum secundum sententiam perfectum. Aptissimum igitur verbum μάκαρ. Mentionem vero rare eius faciunt comici,—cf. praeter hunc locum Cratin. 15, Phryn. 65, Ar. 581, Antiph. 1,—nec umquam, quoad ex fragmentis percipi potest, culpant. Cf. autem Vitam Sophoclis 7: ὥστε πάντῃ καὶ πρὸς ἁπάντων αὐτὸν στέργεσθαι.

Nauckius, *Mélanges Gréco-Romains*, IV, 721, σοφὰς τραγῳδίας v. 3 scribere vult cum Tzetze, *Anec. Ox.* III, 338, 31, et fortasse recte. Sed quod καλὰς prope est ab καλῶς, id mihi potius leporis aliquid habere videtur quam viti; ac σοφαὶ potius Euripidis quam Sophoclis sunt fabulae.

[2] Cf. Meinek. I, 158; Kock. I, 384.

comparans sic etiam locutus est: Diog. L. 4, 20: ἦν (Σοφοκλῆς) κατὰ τὸν Φρύνιχον

(K. 65) οὐ γλύξις οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνιος.

Vinum certe Pramnium quamquam durum fuisse dicitur, tamen hic bonorum vinorum apparet in numero esse; erat igitur tragicus nec dulcior nec adulteratus sed bona et solida vi.[1]

Ad comicos fortasse spectans, propter ea quae scripsit Kaibelus, *Zur Attischen Komoedie*, Herm. XXIV, 35 sqq., hoc unum fragmentum laudare velim:

(K. 3) ἔστιν δ' αὐτούς γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν χαλεπώτατον ἔργον.
ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις,
μισάνθρωπον ἄνθος ἥβης·
εἶθ' ἡδυλογοῦσιν ἅπασιν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν περιόντες.
ἐπὶ τοῖς βάθροις ὅταν ὦσιν, ἐκεῖ τούτοις οἷς ἡδυλογοῦσιν
μεγάλας ἀμυχὰς καταμύξαντες καὶ συγκύψαντες ἅπαντες
γελῶσιν.

Arbitratur enim ille eos qui ἡδυλογοῦσιν comicos esse et Phrynichi aequales; βάθρα pulpitum theatri; verba κέντρον, μισάνθρωπον, καταμύξαντες omnia pertinere ad acerba comicorum convicia. Idem praeterea coniecit et Eupolidem et Ephialtem, servum qui, teste Aeliano, *nat. anim.* 10, 41, ὑφαιρεῖται δράματά τινα τοῦ Εὐπόλιδος, in scaena fuisse. Quae si vera sint, haec quoque fabula, cui certe est nomen *Ephialti*, in numero earum sit includenda quas litterarias quasdam nominare possimus. Sed, quamquam Kockio, *Rhein. Mus.* XLV, 50 sq., haec omnino reicienti non adsentimus, et potius peringeniosa putamus, incerta tamen esse ea confiteamur est necesse. Lamprocles autem poeta lyricus tactus est: Schol. Ar. *Nub.* 967 (K. 72): Φρύνιχος[2] δὲ

---

[1] Christi, *Gr. Litt.*[3] 237 et adn. 5, diversa paulo ab ea quae supra proposita est sententia esse videtur.

[2] Bergkius, vero, *P. L. G.*[4] III, 554–555, et Smythius, *Greek Melic Poets*, 340, Scholiasta Aristid. III, 537, 26 (Dind.), sine dubio praesertim freti, *tragicum* dicunt Phrynichum eodem illo initio carmen scripsisse quo Lamprocles — id certe quod verum esse potest. Sed probabilius est et illum Scholiastam et hunc Aristophaneum et alios eodem de loco scribentes ad unam et eandem rem spectare et comicum potius poetam omnibus locis significare. Quo modo enim tragicus Lamproclem commemorare (μνημονεύει) posset? Comicus autem Phrynichus, si sicut Aristophanes, *Nub.* 967, verba

αὐτοῦ τούτου τοῦ ᾄσματος μνημονεύει ὡς Λαμπροκλέους ὄντος· Παλλάδα περσέπτολιν κληΐζω κτλ., sed utrum cum laude id sit factum an culpa[1] an obiter tantummodo incertum est. Apud Aristophanem quidem δίκαιος λόγος ille qui carminis eiusdem mentionem facit, valde comprobat. — Propter poeticam et musicam inter se arte coniunctas haec quoque de Lampro, musicis rebus peritissimo, laudare oportet:

(K. 69) (καὶ νιγ)λάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν,
ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότης, μινυρὸς ὑπερσοφιστής,
Μουσῶν σκελετός, ἀηδόνων ἠπίαλος, ὕμνος Ἅιδου.

Denique haud dubium est quin his in verbis aliquid iudici latet, quae ex Bekk. *Anec.* 369, 31 exscripsi:

(K. 86) ἀκροτελεύτιον ἔπος

τὸ ἔσχατον κεφαλαίου τινὸς ποιητικῶς. κυρίως γὰρ ἀκροτελεύτια ἐπὶ ποιημάτων τιθέασιν Ἀττικοί. οὕτω Φρύνιχος.

Ex indicibus certe, ne alterum hoc iudiciorum genus neglegam, nihil elici potest, sed quod ad cetera attinet, aliquotiens quasi sine verbis sententiam enuntiabat, primum cum ab aliis poetis, ut erat fama, mutuatus est;[2] deinde cum Cratini *Archilochos* vel Pherecratis *Crapatalos* imitatus *Musas* fecit; tum etiam cum fabulam suam *Tragoedos* novo indice *Libertorum* correctam et emendatam edidit.[3]

Sed quoniam de hoc nunc dictum est ac de aliis quoque antiquioribus omnibus poetis comicis, deinceps de Aristophane cuius et maximae reliquiae et plurima iudicia exstant disputandum est. Nemo fere ignorat quam saepe in undecim fabulis quae integrae supersunt critici officio ille functus sit, et huius vero quaestionis magnam partem alii, ut iam supra dixi, antehac persecuti sunt. Quare minus est opus aut *Ranarum* et *Thesmophoriazusarum*, quarum utriusque pars maxima ad poetas spectat litterasque, aut aliarum comoediarum, in quibus saepissime eaedem res tanguntur, mentionem facere, sed potius terminos disputa-

---

illa laudans, auctoris quoque mentionem fecit, facile altera illa opinio oriri potuit. Monendum est denique ne Aristidis quidem Scholiastam re vera tragicum Phrynichum commemorasse sed tantum Φρύνιχόν τινα.

[1] Cf. Froehd. *Berlin. Stud.*, N. F., III, 196.

[2] Cf. Schol. Ar. *Ran.* 13; Schol. Ar. *Av.* 750 (cf. supra, p. 157).

[3] Cf. Meinek. I, 158; sed contra, Haas. *De com. Att. fabularum nominibus*, I, 46.

tioni ponere nec fragmentis consideratis ultra ea nisi rare vagari. Haec tamen haud dissimilia esse illarum fabularum mox patebit.

Nam etsi Homerum poetasque antiquiores aperte perraro animadvertit, idque verbis paulum iudici continentibus (K. 222): —

A. πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμήρου ἐμοὶ γλώττας, τί καλοῦσι κόρυμβα;

* * *

A. τί καλοῦσ' ἀμενηνὰ κάρηνα;

B. ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφὸς φρασάτω, τί καλοῦσιν ἰδυίους;

* * *

B. τί καλοῦσιν ἀποινᾶν;

quae et conservat et explicat Galenus *Lex. Hippocr.* prooem. (XIX, 66 Kühn.): . . . προβάλλει γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι (sc. ἐν τοῖς Δαιταλεῦσι) ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀκολάστῳ υἱεῖ πρῶτον μὲν τὰ κόρυμβα τί ποτ' ἐστὶν ἐξηγήσασθαι, κτλ. . . . κἀκεῖνος μέντοι ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος ἄξοσιν γλωττῶν εἰς δίκας διαφερούσας ὡδί πως· κτλ.

(K. 223) ᾆσον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος,[1] —

cum tamen ad tragicos venimus, copia rerum haud parva nobis praestat. Aeschylum vero et laudat et culpat, quippe quem nunc sollicito amore prosequatur: Aristid. 12, 87, 19 (K. 643): φησὶν Ἀριστοφάνης περὶ Αἰσχύλου σκότον εἶναι τεθνηκότος, — fortasse, ut Kockius,

σκότος γάρ ἐστιν Αἰσχύλου τεθνηκότος —

nunc verbis acrioribus increpet: E. M. 526, 20: κόλλοπες . . . ὅθεν Ἀριστοφάνης τὴν σκληρότητα Αἰσχύλου ἐνδεικνύμενος ἔφη

(K. 646) οἶμαι γὰρ αὐτὸν κόλλοπι
ἐοικέναι.

Accedit quod nescio cuius per personam de eodem inquit:

(K. 153) ἐν τοῖς συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον,

---

[1] Blaydesius, *Ar. Frag.*, p. 107, et van Herwerdenus, *Mnem.* XIV, 169, σκόλι' ἄττα meliora iudicant quam σκόλιόν τι. — Eiusdem fabulae, cuius haec sunt, Δαιταλέων, esse versum quoddam a nonnullis pro proverbio traditum, — οὐδ' ⟨αὖ⟩ τρία τῶν ⟨τοῦ⟩ Στησιχόρου γιγνώσκεις, — sententia est Crusi, *Commentationes in hon. Ribbecki*, Lips., 1888, p. 6, adn. 3. — Cf. denique Rutherford. *New Phrynichus*, pp. 1–2.

atque illum ipsum cum aliquo sic loquentem induxit:

(K. 677–8) ΑΙΣΧ. τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν.
Β. τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν,
ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα,
πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντες.[1]

Haec de Aeschylo repperi; idem fortasse infra frag. 130 tangitur. Sed quod Pollux, 2, 125, τὸ καταλαλεῖν, inquit, παρὰ Ἀριστοφάνει . . . καὶ ἀπεριλάλητος Αἰσχύλος (K. 667), haec cum Blaydesio, ad Ar. frag. 941, et Bethio, ad Pollucis loc. laud., et Körtio, *Berl. phil. Woch.* XIX, 1060, ad *Ran.* 839 spectare puto.

De Sophocle, quem μέλιτταν appellasse antiquos constat,[2] commode dicitur:

(K. 581) ὁ δ' αὖ Σοφοκλέους τοῦ μέλιτι κεχριμένου
ὥσπερ καδίσκου περιέλειχε τὸ στόμα,

quibus versibus cum ille propter suavitatem laudibus ornatur, tum alter, scilicet Euripides,[3] quod eum imitatus sit, furti notatur nomine. De illo certe nullum aliud, quod sciam, in fragmentis huius omnibus est iudicium, sed Euripidem[4] paene continenter hic consectatur et in eum, ut ait Persius, genuinum frangit. Haud sine causa eum affirmat Holdenus, *Onomast. Aristophan.*[2] 818, ipsum magnam partem comoediarum Aristophanis fuisse. Etenim primum sine dubio, ut iudicant Bergkius ap. Meinek. II, 1136–7, Wilamowitzius, *Anal. Eur.* 153, adn. 4, ad illius *Thyestam* praecipue inridendam, *Proagonem* fabulam scripsit. Hanc enim, sive ut censet Hiller, *Herm.* VII, 402 sqq., prolusio quaedam erat, id quod Graeci προάγωνα vocabant, sive ut Rohdius, *Rhein. Mus.*

---

[1] Hunc versum emendare conati sunt van Herwerdenus, *Mnem.* X, 76; XIV, 172; Blaydesius, *Ar. Frag.*, p. 303–4. — Phryges illi chorus sunt, ut ait Bergkius ap. Meinek. II, 1178, fabulae Aeschyli quae Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα inscribitur.

[2] Cf. Schol. Ar. *Vesp.* 462 aliosque locos ap. Meinek. I, 157, adn. 89.

[3] Sic Bergkius, *Comm.* 203–4, adn., et ap. Meinek. II, 1176, et Kockius. Cf. Peters. *Ar. iudicium de summis tragicis*, 27.

[4] In nulla enim fabula ex undecim quae supersunt, ut memorat Hamelus, *Mémoires de l'Acad. R. des Sc., Inscr. et Belles-Lettres de Toulouse*, III ser., I, 185, Euripides non exagitatur.

XXXVIII, 251 sqq., pronuntiatio sollemnis certaminis scaenicae una cum pompa actorum chorique coniuncta, sive denique cum Bodensteinero, *Burs. Jahresb.* CVI, 139, qui priorem illam opinionem cum Weckleinio, *Berl. phil. Woch.* XI, 600 sq., omnino reiciens hanc partim accepit, iudicamus sacra praeterea quaedam, rite in templo facta, arte cum ea coniuncta esse, scaenicas quidem constat ad res imprimis spectasse. Tum eundem reprehendit illam propter consuetudinem qua in virorum nominibus vis aliqua recondita quaeritur:

(K. 327) Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα.[1]

Cf. E. M. 92, 24: λέγει δὲ Εὐριπίδης[2] ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος (ἐτυμολογῶν Valckenar.) τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον ἤγουν παρὰ τὸ παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης κωμικευόμενος λέγει, ὅτι οὐκοῦν Ἄμφοδος ὤφειλεν κληθῆναι. Poesin eius comparavit, nunc cum cibis delicatissimis, — propterea fortasse quod in ea cupiditates libidinesque liberius repraesentaverat quam antiquis viris placuit et saepe res nimis delicate et molliter depingebat:

(K. 130) ὀξωτά, σιλφιωτά, βολβός, τεύτλιον,
περίκομμα, θρῖον, ἐγκέφαλος, ὀρίγανον,
καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστὶ πρὸς κρέας μέγα.[3]

Cf. Diog. L. 4, 18: . . . ἅ φησιν Ἀριστοφάνης περὶ Εὐριπίδου, κτλ., — nunc cum velleribus implicatis, — idcirco, ut videtur, quia argutias exquisitas saepe aucupabatur:

(K. 638) καὶ στρεψίμαλλος τὴν τέχνην Εὐριπίδης.

Calumniavit eum quod Socrate et Cephisophonte usus adiutoribus comoedias tantae sapientiae scriberet:[4] —

---

[1] Cf. van Leeuwen. *De Ar. Euripidis censore*, 80 sq.; Bakhuysen. *De parodia in com. Ar.*, 204.

[2] = frag. 182 Nauck. Cf. eiusdem frag. 181 et Etym. Gud. 230, 57 ibi laudatum.

[3] Quorum de significatione cf. Meinek. II, 1001; Blaydes. *Ar. Frag.* Append. 412; Süvern. *Ar.* Γῆρας (trans. Hamilton.), 180 sq.; Ribbeck. *Die Acharn. d. Aristoph.* 281, adn. 17. — Verbis illis ultimis, κρέας μέγα, Aeschylum significari iudicat Kockius, I, 423.

[4] Nisi forte, ut et Bergkius ap. Meinek. II, 1106 et Blaydesius, *Ar. Frag.*, p. 202–3, opinantur, Teleclidis sunt haec.

(K. 376) Εὐριπίδῃ δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας[1] οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.

(K. 580) Κηφισοφῶν ἄριστε καὶ μελάντατε,
σὺ δὲ ξυνέζης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ
καὶ συνεποίεις, ὥς φασι, τὴν τραγῳδίαν, —

nescio quo modo in *Fabulis* quae appellatur comoedia eum exagitabat: — Schol. Ar. *Vesp.* 61 Ven. (Kock. 290): οὐ μόνον ἐν τοῖς Δράμασιν εἴσῆκται οὕτως Εὐριπίδης, ἀλλὰ καὶ κτλ., — denique paululo laudis, idque fortasse simulatae (cf. frag. 581), satisque vituperationis in uno coniuncto ita loquitur (K. 676 b, III, p. 725):[2]

ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος[3] χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν
καὶ μισόγελως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς,
ἀλλ' ὅ τι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει.

Hunc tamen, etsi vitia Euripidis sola plerumque indicat, virtutes eius minime contemnasse, infra, pp. 178 et 237, demonstrare conabor.

Agatho autem aliquotiens tactus est:

(K. 326) καὶ κατ' Ἀγάθων' ἀντίθετον ἐξυρημένον.

(K. 599) ἐκφέρετε πεύκας κατ' Ἀγάθωνα φωσφόρους.

Horum vero posterior versus,[4] quo locutio tragica et aliquid verbosior

---

[1] Idem verbum usurpat Eust. 1638, 17 ut στρεψίμαλλον explicetur: στρεψιμάλλους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς περιλαλοῦντας.

[2] De his versibus aliter ab aliis expositis, cf. van Herwerden. *Mnem.* XXI, 177–179. Aulus Gellius, certe, qui laudat, Alexandri Aetoli eos dicit esse. Nauckius tamen haud gravissimis de causis, *Stud. Eur.* 1, 126–127, adn. (*Memoires de l'Acad. Imp. des Sc. de St. Pétersbourg*, VII ser., I, No. 12), et Kockius, loc. laud., et Hertzius adn. crit. in Gell. *N. A.* 15, 20, 8, Aristophani attribuunt. Alexandro autem versus vindicant Susemihlius, *Gesch. Alex. Litt.* I, 189, adn. 83 et Couatus, *Poésie Alex.* 106, ac comico certe, praesertim huic comico, alienissima est laus talis, si re vera laus est, Euripidis. Cf. praeterea Meinek. *Anal. Alex.* 247 sq.

[3] Euripides, cur Ἀναξαγόρου τρόφιμος nominari potuerit docet, multis antiquorum locis laudatis, Elder ap. Smith. *Dict. Biogr.* II, 104.

[4] Cf. Nauck. *T. G. F.*², 766, 15. — Bakhuysenius, *De parodia in com. Ar.* 197, sese non comprehendere dicit cur sic Agathonis verba afferantur. Satis tamen plana mihi videtur causa.

peti videtur, fragmento papyri nuper Oxyrhynchi invento et a Grenfellio et Hunto, *Oxyrhyn. Papyr.* II, 20 sq., frag. CCXII b, edito partim repetitus, partim propemodum completus est:

]τραγικω[
]ιυθυραζ[
]ταγάθω[
]εστινασφ[
]ταπαισω'γ[
]τονθεῶν
]ενενωιδαις

Etenim cum iudici aliqua notio verbis τραγικω, ᾠδαῖς subici videatur, plures versus hoc in loco litteris possunt esse dediti.[1] Accedit ut hoc fragmentum non solum ad mollem eiusdem vitam sed etiam versus ad molles pertinere videatur: Schol. Luc. IV, 222 (Iacob.): Ἀγάθων, τραγῳδίας ποιητὴς εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος Ἀριστοφάνει Γηρυτάδῃ· (K. 169) κτλ. Sthenelus etiam propter insulsum sermonem[2] asperius perstringitur: —

(K. 151) A. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα;
B. εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηροὺς ἅλας, —

nec Morsimus verba huius aculeata effugit: Hesych. Κλύμενος· ἰατρὸς ἀφυής, ὃν Ἀριστοφάνης φησὶν ἀναμεμῖχθαι τῷ Μορσίμῳ διὰ τὸ καὶ τὸν Μόρσιμον ἰατρὸν εἶναι ἀφυῆ· ἦν δὲ καὶ τραγῳδοποιὸς ἀφυὴς ὁ Μόρσιμος. (K. 704) Quibus verbis hic significasse videtur illos medicamenta quaedam esse quae mixta inter se pro remedio vel potius fortasse pro

[1] Cum frag. 599, nec cum 326 coniungendum esse papyrum, propterea quod litterae ταγάθων prope sint versus finem, demonstraverunt Grenfellius et Huntus. Fortasse tamen cum Fraccarolio, *Riv. di Fil.* XXVIII, 87, et haec et illa ad eandem fabulam, alteras *Thesmophoriazusas*, attribuere possumus.

[2] Froehdius, *Berliner Studien*, N. F., III, 113, haec incredibili ratione interpretatus est: ut sal et acetum acria sint, sic Stheneli verba lepida esse ac salsa. — Consimilis est horum aliqua ex parte, ut amicus me admonuit, locus in illa Jonsoni nostri fabula quae *Poetaster* inscribitur, Act. V, Sc. 1, ubi Crispino cuidam, qui, pilula mirifica data, verba multa et nova et tumida evomuit, qualia in fabulis suis usurpare solitus erat, praecipitur deinceps ut, victus ratione diligenter considerata, cibum, ut ita dicam, mentis sibi habeat Catonem et Terentium. Quae certe ex Luciani *Lexiphanis*, 18 sqq., sumpta sunt; illud autem opus, ex ea ipsa fortasse Aristophanis fabula, *Gerytade*, cuius sunt haec.

veneno essent.[1] An ad litteras tamen haec spectent, incertum est. Quod autem tragoedi aedes quasdam magnas conducere solebant ubi recitarent, id quoque ridicule sine dubio commemorabatur: Zenobius 2, 27 (K. 115): *ἐν τῷ Μελιτέων· λείπει (τῷ) οἴκῳ· μέμνηται αὐτῆς Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς καὶ Πλάτων ὁ κωμικός* (frag. 213). *ἦν δὲ οὗτος ὁ οἶκος μέγας εἰς ὑποδοχὴν τραγῳδῶν μισθούμενος.*[2] Cf. Phot. *Μελιτέων οἶκος· ἐν τῷ (Μελιτέων) δήμῳ παμμεγέθης ἦν οἶκος, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ φοιτῶντες ἐμελέτων.*[3]

Sed nunc denique videamus, quaeso, quid de comicis, et antiquis, et recentioribus illis, aequalibus suis aemulisque, dixerit, — quos scilicet eum lacessisse minime est mirandum, cum hac ipsa damnatione semper sese tacite laudet.[4] Illorum vero antiquorum fabulae simplices non solum rudi humilique cultu erant, sua sententia: —

(K. 253) *ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ στρωματόδεσμα,*
διαμασχαλίσας αὑτὸν σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν,

(K. 254) *οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο,* —

sed etiam ludicrae:

(K. 333) *ἦν μέγα τι βρῶμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική,*
ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παραβεβλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο,

quibus versibus perstringitur imprimis Cratetis frag. 29 K.[5] Ex aequalibus autem Eupolidem fortasse, ut in *Nubibus* 553, *Vespis* 1025, *Pace* 763 sq., sic hoc versu, criminatur suas fabulas compilasse:[6]

(K. 54) *ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.*

Platonem fabulamque eius *Παιδάριον*, si satis certa est speciosa Kocki coniectura (I, 545–6), per iocum lepidum inridet:

---

[1] Cf. Kock. I, p. 564; Ar. *Ran.* 944.

[2] Sic, Meinekium Bergkiumque secutus, emendavit Kockius, I, p. 420.

[3] Frag. 367, quo commemoratus esse videtur tragicus quidam ignotus, cui Dorillus vel Doryllus nomen vel potius cognomen erat, vix ad nostram rem pertinere potest.

[4] Cf. Emerson. *Am. Jour. Phil.* X, 268.

[5] Cf. Burmann. *De poetis com. Att. ant.* 13.

[6] Cf. Meinek. II, 964; Kock. I, 405; et quae supra, p. 159, dicta sunt.

(K. 612–613) ἐνταῦθα δὴ Παιδάριον ἐξαναίνεται.
ὥστ' ἔγωγ' ηὑαινόμην
θεώμενος.

Sed id quod multo magis nostra interest, praeter *Proagonem* praeterque *Ranas* ac *Thesmophoriazusas* quarum paulo ante mentionem feci, duas totas fabulas, fortasse etiam tres, constat in poetarum iudiciis versatas. Ex his unius, *Gerytadis*, hoc est argumentum: arte scaenica post mortem Sophoclis Euripidisque prorsus depravata corruptaque, poetae ceteri qui supersunt, suis facultatibus diffidentes, ad inferos, ad illos vates praeclaros, legatos mittunt qui auxilium petant:[1] Ath. 12, 551 a: καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Γηρυτάδῃ λεπτοὺς τούσδε καταλέγει, οὓς καὶ πρέσβεις ὑπὸ τῶν ποιητῶν φησιν εἰς Ἅιδου πέμπεσθαι πρὸς τοὺς ἐκεῖ ποιητάς, λέγων οὑτωσί·

(K. 149) A. καὶ τίς νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
ἔτλη κατελθεῖν; B. ἕν' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης
εἱλόμεθα κοινῇ γενομένης ἐκκλησίας,
οὓς ᾖσμεν ὄντας ᾁδοφοίτας καὶ θαμὰ
ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας. A. εἰσὶ γάρ τινες
ἄνδρες παρ' ὑμῖν ᾁδοφοῖται; B. νὴ Δία
μάλιστά γ'. A. ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται; B. πάντ' ἔχεις.
A. καὶ τίνες ἂν εἶεν; B. πρῶτα μὲν Σαννυρίων
ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν, ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν χορῶν
Μέλητος, ἀπὸ δὲ τῶν κυκλίων Κινησίας.

εἶθ' ἑξῆς φησιν·

(K. 150, 1) A. ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα. κτλ.

Quam eis res successerit non apparet. His tamen in verbis inest fortasse pars consili a mortuis illis poetis[2] dediti:

(K. 154) θεράπευε καὶ χόρταζε τῶν μονῳδιῶν,

---

[1] Cf. Meinek. (Bergk.) II, 1004 sq.

[2] Euripidem in scaena fuisse sententia est Crusi, *Mélanges Henri Weil* (1898), 81, qui illum, conlato novo in papyro scripto fragmento, — Grenfell. et Hunt. *New Classical Fragments and other Greek and Latin Papyri*, Oxford, 1897, p. 24 — a mulieribus odii plenis propter eius convicia exagitatum esse putat. Quae si vera sunt, fere necessario apparet illius scripta quoque aliquam partem iudicata. Idem Euripides illud consilium supra commemoratum dare potuit. Monodias enim pro remedio Tragoediae dat Ar. *Ran.* 944. Cf. Ribbeck. *Die dram. Parodieen* (add. ad *Die Acharner des Aristoph.*), 282; Kock. adn. in hoc frag.

et in his nescio cuius persona, Musam vel Bacchum poetarum patronum appellantis, Aristophanes suam opinionem de artis condicione declarat:[1]

(K. 152) τότε μὲν . . . σου κατεκοττάβιζον ἄν,
νυνὶ δέ σου κατεμοῦσι, τάχα δ' εὖ οἶδ' ὅτι
καὶ καταχέσονται.

Alterius autem ex illis fabulis quas ad litteras pertinuisse iam dictum est, videlicet *Poesis*,[2] unum solum exsistit hoc fragmentum:

(K. 451) γυναῖκα δὴ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἥκομεν,
ἥν φασιν εἶναι παρὰ σέ.

Quo tamen et indice considerato, licere videtur cum Bergkio (Meinek. II, 1131) conicere hoc aut huius simile, ut paucis rem absolvam, fuisse argumentum: artem poeticam iam iterum in extremo esse sitam, quippe cum Poesis mulier Athenis nescio qua effugisset; quam vero poetas, — sicut Pacem in eiusdem nominis fabula Trygaeus, — conatos esse repertam in pristinam sedem reducere. In fabula denique quae *Dramata* inscribitur, sive ut Bergkius, *Comm.* 131 et apud Meinek. II, 1055, et Zielinskius, *Gliederung*, 102 sq., eius modi fuisse decernimus in qua altera minor fabula vel fabulae continerentur, sive Hermanno, *Oed. Col.* praef.², xi, et Kockio, I, 460, adsentimus in ea Sophoclem a filio accusatum carmen illud ex *Oedipode Coloneo* recitasse, litterae certe aliqua ex parte agebantur.

Ex minoribus poetis nunc Philoxenus commemoratur: Plut. *Mor.* 1142 a (K. 641): Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει τοῦ Φιλοξένου καί φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο, . . . καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδιοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων, — nunc autem Clitagora:[3] Schol. Ar. *Lys.* 1237 (K. 261): Κλειταγόρα ποιήτρια ἦν Λακωνική, ἧς μέμνηται καὶ ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης, — modo vero scolia illa Admeti Harmodique:

---

[1] Cf. Bergk. ap. Meinek. II, 1011; Kock. I, 429. Ex eadem fabula sunt praeterea fragmenta supra laudata, 151, 153.

[2] Hanc fabulam grammatici quidem antiqui non Aristophanis esse putaverunt sed aequalis eius Archippi (cf. Vitam Ar. xxviii, 85 Dübn.); docet nihilominus tamen ea, cuiuscumque sit, antiquae comoediae poetas multum de arte poetica cogitasse.

[3] Hanc tamen veram poetriam fuisse vix inter omnes constat. Cf. Cratin. frag. 236, supra, p. 146, et Kock. ad loc.; Starkium ad Ar. *Vesp.* 1246.

(K. 430) ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος, —

vel carmina antiqua:

(K. 659) οὐχ οἷα πρῶτον ᾖδον ἑπτάχορδα πάνθ' ὁμοῖα, —

modo fortasse, si Aristophanis re vera sunt haec, novus aliquis poeta:

(K. 912) αὐτὸς δείξας ἔν θ' ἁρμονίαις χιάζων ἢ σιφνιάζων.

De quo versu conferre licet Poll. 4, 65: τὸ μέντοι σιφνιάζειν καὶ χιάζειν, τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου καὶ Φιλοξενίδου τοῦ Σιφνίου. Item si veram esse illam putes interpretationem quam van Herwerdenus, *Mnem.* XIV, 169, aliique verborum ᾄδειν κακῶς protulerunt, de malis novae et corruptae musicae carminibus ea dici, in his quoque iudicium continetur:

(K. 216) ἀλλ' οὐ γὰρ ἔμαθε ταῦτ' ἐμοῦ πέμποντος, ἀλλὰ μᾶλλον
πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν κακῶς, Συρακοσίαν τράπεζαν,
Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν.

Haec omnia iudicia quae iam de musicis contuli aliquam partem demonstrant, ut opinor, id verum esse quod confirmat Estèvius, *Les Innovations Musicales dans la Tragédie Grecque à l'Époque d'Euripide*, 29, adn. 3, et quod fortasse omnes suspicarentur, Aristophanem, sicut Plato philosophus et minore ex parte Pherecrates, non ut musicum his de rebus iudicasse sed potius ut qui semper fere nova exempla in rebus et poeticis et musicis ab Euripide eiusque partibus introducta perstringeret.[1]

In oratorum autem sophistarumque nonnullos hic invehitur, sed plerumque magis propter mores quam propter orationes. Pauca tamen haec fragmenta sunt proferenda:

A. (sc. υἱὸς ἀκόλαστος) ἀλλ' εἶ σορέλλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι.
B. (sc. ὁ πρεσβύτης) ἰδού, σορέλλη, τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.
A. ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλιγήσει τῷ χρόνῳ.
B. τὸ καταπλιγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.
A. ἀποβύσεταί σοι ταῦτά πῃ τὰ ῥήματα.
B. παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο τἀποβύσεται.
A. τί δ' ὑποτεκμαίρει καὶ κακῶς ἄνδρας λέγεις
καλοκἀγαθεῖν ἀσκοῦντας; B. οἴμ', ὦ Θρασύμαχε,
τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων τερθρεύεται; (K. 198)

[1] Cf. Jebb. *Class. Gk. Poetry*, 197.

Arist. *Rhet.* 1405 b, 29 sqq.: ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις (K. 90) ἀντὶ μὲν χρυσίου χρυσιδάριον, ἀντὶ δ' ἱματίου ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας λοιδορημάτιον καὶ νοσημάτιον. εὐλαβεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ παρατηρεῖν ἐν ἀμφοῖν τὸ μέτριον. Quorum vero utroque nova verba a sophistis rhetoricisque usurpata inridentur,[1] illo autem nominatim et Lysistratus, contionator perniciosus, et Alcibiades ille, et Thrasymachus rhetor. Adde huc par versuum:

(K. 490) τοῦτον τὸν ἄνδρ' ἢ βιβλίον διέφθορεν
ἢ Πρόδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις,

quo demonstrari videtur libros, vel potius fortasse tales libros quibus Euripides, *Ran.* 943, se dicat usum esse, cum Tragoediae

χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν,

artem multo minus turgidam fecerit, comici quidem sententia non legendos esse. Sed maximam partem haud litterae sed mores hic aguntur. Tum etiam huius loci mentionem facere oportet qui ut ad mores sic ad orationes Philippi pertinere potest: Schol. Ar. *Av.* 1701: ὁ Φίλιππος καὶ ὁ Γοργίας οὗτοι ῥήτορες λάλοι εἰσίν. . . . τοῦ δὲ Φιλίππου καὶ ἐν Γεωργοῖς (K. 113) μνημονεύει Ἀριστοφάνης. Ac similia sunt haec: Schol. Ar. *Ach.* 710: οὗτος ὁ Εὔαθλος ῥήτωρ πονηρός. Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσιν·

(K. 411) ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης ξυνήγορος,
ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ὑμῖν, τοῖς νέοις, <Κηφισοφῶν>.[2]

ἦν δὲ καὶ εὐρύπρωκτος καὶ λάλος.

Quid denique hic de se ipso iudicabat, quamque artis suae rationem sibi proponebat? Tantum certe, ut Emersonius, *Am. Jour. Phil.* X, 270, affirmat, fabulis quae supersunt et fragmentis examinatis, in promptu est, numquam hunc, vel numquam quidem aperte, artem, ut aiunt, artis causa exercuisse; laudandum enim hac de causa poetam esse putabat:

δεξιότητος καὶ νουθεσίας (sc. οὕνεκα), ὅτι βελτίους τε ποιοῦμεν
τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς πόλεσιν. (*Ran.* 1009–10)

---

[1] Cf. Meinek. (Bergk.) II, 1033 sqq., 982; Peppler. *Comic Terminations in Aristophanes and the Comic Fragments*, Part I, Baltimore, 1902, — quod tamen opus ipse numquam vidi.

[2] Sic enim versum complet Mueller-Struebingus, *Ar. u. d. hist. Kritik.* 336.

Sed partim quoque ad Atheniensium sententias sine dubio sese conformavit: Ath. 1, 30 b (K. 579): γίνεται δὲ ἐν Ἰκάρῳ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ Πράμνιος. ἔστι δὲ οὗτος γένος τι οἴνου. καὶ ἔστιν οὗτος οὔτε γλυκὺς οὔτε παχύς, ἀλλ' αὐστηρὸς καὶ σκληρὸς καὶ δύναμιν ἔχων διαφέρουσαν, οἵῳ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησί, λέγων τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν οὔτε Πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ. Quae verba cavere oportet ne conlato Phrynichi frag. 65 (supra, p. 165), cum ad Sophoclem Aeschylumque spectare, duriores poetas et austeros, tum ad Euripidem putemus, mollem et dulcem et a vulgo Atheniensium amatum. Hic enim valde dissimile habetur vinum illud Pramnium, quo certe significari videntur aemuli poetae: eos ut quibus nihil sit suavitatis veram Atheniensibus iucunditatem praebere minime posse; huius autem ipsius semper esse, hoc est esse oportere, poemata omnibus gratissima. Accedit tamen quod in *Amphiarao*, cum forsitan de usu suo in re scaenica loquatur, —

(K. 31) ἀφ' οὗ κωμῳδικὸν μορμολυκεῖον ἔγνων, —

addit:

(K. 30) οἶδα μὲν ἀρχαῖόν τι δρῶν κοὐχὶ λέληθ' ἐμαυτόν.

Non enim semper vulgo morem gerebat, novis iucundisque rebus scriptis, sed semel atque iterum illud ἀρχαῖόν τι invitis etiam illis praebebat. De certamine autem honoris et gloriae, quod ei semper cum aemulis poetis erat, verba fecit:

(K. 528) οὐ γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα τόνδε τὸν τρόπον
ὥσπερ τέως ἦν, ἀλλὰ καινῶν πραγμάτων, —

et paulo obscurius duobus aliis in versibus:

(K. 529) λόγῳ γὰρ ἠγωνιζόμεσθ', ἔργοισι δ' οὔ.[1]

(K. 331) ἀγὼν πρόφασιν οὐ δέχεται.

Sermone autem elegante gloriatus est se usum esse et semper

(K. 685) διάλεκτον ἔχοντα μέσην πόλεως
οὔτ' ἀστείαν ὑποθηλυτέραν
οὔτ' ἀνελεύθερον ὑπαγροικοτέραν,

---

[1] Sic numeros restituit Bergkius (Meinek. II, 1160). Emersonius, *Am. Jour. Phil.* X, 278, reddit Anglice: *On words, not on stage business we depend.* Nescio an recte.

(K. 699) ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι,
πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων κἀπὸ καναβευμάτων,

nec vero negavit — id sane quod haud fuerat difficile — se Euripidem imitari, sed cum aemuli illud tamquam maximum esset vitium ei exprobrassent,[1] respondit:

(K. 471) χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,[2]
τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ 'κεῖνος ποιῶ.

Cf. Schol. Plat. Clark. 330–331 (Bekk.): Ἀριστοφάνης . . . ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν . . . καὶ αὐτὸς δ' ἐξομολογεῖται Σκηνὰς καταλαμβανούσαις· (χρῶμαι κτλ.) Denique superbe iussit

(K. 334) μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους
μήτε Χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.[3]

His igitur omnibus apertioribus circumspectis iudiciis, ad illa alia genera pervenimus de quibus ex arte poetae sola coniecturas capere possumus. Ex indicibus quidem nihil colligi potest. Plerumque enim novos elegit et sex tantum modo prius ab aliis inventos, videlicet a Magnete, Cratino, Cratete, Chionide, iterum usurpavit. Nullius igitur praecipue poetae indices admirabatur. Sed aliis in rebus paulo saepius aequales eum imitatum esse constat. Nam Euripideum genus scribendi hic se usurpasse, ut paulo ante dicitur, confessus est.[4] Rem autem illam nescio quam antiquam, cuius supra (frag. 30) eum vidimus mentionem fecisse, ab aliis fortasse usurpatam esse voluit dicere. Tum Pherecratis fabulae Γραυσί aliquam partem similis erat, ut ait Kockius,

---

[1] Cf. Cratin. 307, supra, p. 143–144.

[2] Non dubium est quin verum hoc fuerit. Cf. Täubner. *De usu parodiae ap. Ar.* 41; Stark. Ar. *Vesp.*, p. x, adn. 4, 6; p. xi; Anon. *de com.*, p. 8, 42 (Kaibel.); Ar. *Lys.* 1124–1135. Neque id mirum videri debet, quandoquidem et hic et ille illius ὀχλοκρατίας, ut ita dicam, proprii erant poetae. Cf. Bernhard. *Gr. Litt.*[3], II, 2, 396, 579; van Leeuwen. *De Ar. Euripidis censore*, 3; 4, adn. 1. Hic tamen in adn. ad *Vesp.* 57 illa Aristophanis verba *cum ironica vocis modulatione* confirmat *ab histrione proferri.*

[3] Si vera sunt ea quae Zielinskius, *Gliederung*, 89–90, coniecit, Musas Gratiasque vere in scaena, alteram chori partem, fuisse, haud minus hic est iudici.

[4] De Archilocho ab hoc usurpato confer Zielinsk., *ibid.*, 318–328.

I, 153, huius Γῆρας. Verbis eiusdem aliorumque usus est.[1] Accedit quod ut Plato hunc sic hic illum imitatus est; huius enim rei testimonium, quod mihi quidem, licet obscurum sit, satis videtur grave, praebet Clemens Alexandrinus, *Strom.* 6, 2, 26: Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. Kockius certe, I, 435, hoc crimen Cobetum putat egregie refutasse, — vix, ut opinor, recte. Nam huius maxima gravissimaque in eo est ratio, quod ridicula sit eiusmodi imitatio: *Quis sanus,* inquit (*Obs. crit.* 81), *credat poetae ingenioso adeo rem angustam fuisse domi, ut huiusmodi dictum: 'gallinae saepe ova irrita pariunt,'*[2] *non ultro invenire potuerit?* Nemo mehercule: potuit haud dubie et haec et multa alia invenire. Tamen hac sola de causa, quod potuit invenire, non confirmandum est eum re vera invenisse. Sed haec quae supra, p. 125 sqq., persecuti sumus, non opus est longius renovare.[3]

Alterius autem illius generis imitationis, quod parodiam paratragoediamque appellavimus, permulta exstant exempla. Homerica verba pauca usurpantur, sed nullo de eis vero iudicio facto.[4] Hesiodeam tamen unam locutionem per parodiam improbari videtur: Phrynich. *Ecl.* 73 (Rutherf.): ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι, παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας,

(K. 227) καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι.[5]

---

[1] Cf. Ar. frag. 736 et Pher. 197; Ar. 253 et Pher. 185; Ar. *Pac.* 749 et Pher. 94; et quae minus certa sunt, Ar. *Ran.* 516 et Pher. 108, v. 29. Possunt certe ab Aristophane primo hae res verbaque inventa esse. — Nisi autem corrupta sunt verba Photi, etiam Cratini locutionem (457) mutuatus est (*Ach.* 687). Praeter haec Ribbeckius, *Die dram. Parodieen,* 322, contulit frag. 359 et Cratin. 290; *Thesm.* 215 et schol.; frag. 672 et Eupol. 146 b; *Pac.* 185 et schol.

[2] Versus ipsi ad quos haec spectant, Ar. 186 = Plat. 19, perperam sine dubio utrique attribuuntur.

[3] Vt supra in eis quae ad Pherecratem pertinent, sic in his quoque minus de imitatore quam de imitatione constat.

[4] Cf. frag. 6; Scherrans. *De poet. com. Att. studiis Homericis,* 22; Blaydes. *Ar. frag.,* p. 446, ad frag. 953; Sengebusch. *Hom. Dissert.* I, 178–181.

[5] Quibus tamen nequaquam demonstrantur ea quae confirmat Spaldingius ad Quint. 1, 1, 15, Aristophanem opus illud, Χείρωνος ὑποθῆκας, Hesiodo attribuisse. Multo enim verius dixisset Phrynichi, illius Ἀττικιστοῦ, fuisse eam opinionem. — Verbum βρόταχον (= frag. 934) potius, ut Kockius I, 596, hominem Ionem inducentem quam, ut Bothius, Xenophanem Colophonium inridentem poetam usurpasse arbitror.

Philoxenum autem dithyramborum poetam propter verba nimis audacia ludificabatur,[1] et tragicos vero tam saepe hoc modo cum in fabulis quae exstant, tum in fragmentis, derisit ut vix operae pretium esset omnia exempla proferre.[2] Petuntur imprimis certe Euripides, tum Aeschylus, Sophocles, alii.[3] Nonnumquam autem totae fabulae scriptae sunt, non certe ut Dindorfi, *Ar. frag.* II, 663, erat opinio, quae hanc solam haberent rationem, ut Euripidis fabulas quibus idem vel simile esset nomen deriderent, sed quae nihilominus, ut Bergkius, ap. Meinek. II, 1167, arbitratur, eadem materia usurpata qua Euripides aliique tragici usi erant, fabulas tragicas deflecterent in ridiculum. Quorum in numero habendae sunt *Aeolosicon*,[4] *Anagyrus*, *Daedalus*, *Danaides*, *Lemniae*, *Niobus*, *Phoenissae*, *Polyidus*,[5] fortasse *Autolycus* et *Erechtheus*.[6] Plerumque vero, ut supra, p. 128 sqq., dictum est, ioci causa parodiae fiunt, nec multum ad rem attinent nisi quod aliquid laudis tacitae continere possunt; rarius tamen vera iudicia significant. Cum enim hic illorum Polydori verborum in *Hecuba* Euripidis, vv. 1–2, dictorum, —

ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπών, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν, —

quandam imaginem effecit, —

(K. 1) ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον
λιπών, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια, —

graviter certe similitudinem illam inter se prologorum Euripideorum

---

[1] Cf. frag. 165; Bergk., *Comm.* 212 et ap. Meinek. II, 1010; frag. 725; Ar. *Plut.* 290 sq. et Schol.; *Eccl.* 1167–1178; Bergk. *Poet. lyr. Gr.* III[4], 613.

[2] Bakhuysenus, *De parodia in com. Ar.*, profert ex *Ach.* exempla XXXII; ex *Eq.* XXXVII; e *Nub.* XXIII; e *Vesp.* XXX; e *Pac.* XXVI; ex *Av.* XXXVIII; e *Lys.* XV; e *Thesm.* XLV; e *Ran.* LXXXV; ex *Eccl.* VIII; e *Plut.* XVIII. Quorum vero nonnulla sunt eclogae complures versus multasque parodias continentes. Idem e fragmentis laudat fere XXXV. Murrayus, *On Parody and Paratrag. in Ar.*, 50, haec alia addidit: 420, 473, 561, 676.

[3] Bakhuysenus, *ibid.* 217 sqq., epicorum commemorat ex fabulis et perditis et superstantibus parodias XVII, lyricorum XXXIX, Aeschyli XXXVII, Sophoclis XXIII, Euripidis CXLIX, aliorum quorundam tragicorum XI, incertorum LII. Multa praeterea sunt paratragoediae exempla.

[4] Cf. Platonium, *de differentia com.* § 6 (Kaibel. *C. G. F.*, p. 4, 29).

[5] Cf. Blaydes. *Ar. frag.* 124; Egger. *Hist. Crit.*[2], 43.

[6] Cf. van Leeuwen. *De Ar. Euripidis censore*, 9, adn. 2.

improbare voluit.[1] Cum autem ut consuetudinem inrideret tragicorum, qui nominis originem atque hominis vitam viresque arte coniungi docere conabantur,[2] lepide sic scripsit, —

(K. 357) ἐνταῦθα δ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βραδύτατος ὢν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν,[3] —

cum denique, verbo usus quod Euripides saepe usurpavit, praeterea nemo fere,

(K. 420) δρομάδες ὁλκάδες

dixit, vitia certe sermonis Euripidei culpabat.

Deinceps, ut huius poetae fragmenta investiganda aliquando concludamus, pauca dicenda sunt de iudiciis nonnullis quae in se ipsum fecit — ac primum vero de illis quae locutionibus iteratis fiunt, deinde quae fabulis retractatis. Illorum quidem quamquam pauca inter fragmenta invenimus,[4] in fabulis tamen integris sunt multa;[5] horum complura fuisse in aperto est. Nam *Pacem* fabulam duabus rebus permotus, quod eam Eupolis (frag. 54) et Plato (frag. 81) ludificati erant, quodque secundum tantummodo praemium tulerat, ita emendasse videtur, ut ingenti illo deae Pacis simulacro non iam, ut priore in fabula, introducto, veras partes Paci personae attribueret.[6] *Aeolosicon* quoque, *Plutus*, *Nubes* retractabantur, quamquam haec postrema, partim tantum correcta, non iterum edita est. *Thesmophoriazusas alteras* quidem scripsit sed dissimili de causa, non ut vitia prioris fabulae corrigeret, sed ut eam hac nova fabula quasi continuaret atque perficeret.

Quibus omnibus rebus iam consideratis, nemo certe negare potest hunc praeclarum poetam et multum litteris studuisse et saepe de eis iudicia sua protulisse.

Sed quoniam tandem de Aristophane est dictum, adgrediar iam ad Platonem. Cuius vero, quamvis parvae sunt reliquiae, fragmenta tamen

---

1 Cf. Eur. *Troad.* 1; *Ion.* 5; Sihler. *De parodiis*, 9.

2 Cf. Bakhuysen. *De Parodia in com. Ar.* 195.

3 Quibuscum confer Eur. *I. T.* 32–33; Ar. frag. 327, supra, p. 169.

4 Frag. 1 = 155; 296 = 401; cf. 189 et Ath. 7, 316 b, 323 c; 230 et *Eq.* 1013, *Av.* 978, 987; 162 et *Ran.* 436, *Plut.* 962.

5 Cf. Stark. *Ar. Vesp.* xi, adn. 2. Res in frag. 125 depicta similis est loco *Vesp.* 1387 sqq.; fabulae Γῆρας et Ἀμφιάρεως simile habent argumentum. Et alia multa huius generis afferri possint.

6 Cf. Bergk. ap. Meinek. II, 1064.

sunt haud pauca quae ut examinemus nostra interest.[1] Primum igitur quattuor saltem fabulas scripsit quibus eum conicere licet res poeticas esse persecutum: Σκευάς, Σοφιστάς, Λάκωνας ἢ Ποιητάς, Ποιητήν. Hoc enim et ex indicibus et, quoad nunc exstant, ex fragmentis ipsis colligere possumus. Et prima vero earum, ut Kocki, I, 635, est sententia, ad scaenicam artem spectavit; in qua hic illam pristinam ac splendidam chori saltationem cum nova depravataque comparavit:

(K. 130) *ὥστ' εἴ τις ὀρχοῖτ' εὖ, θέαμ' ἦν· νῦν δὲ δρῶσιν οὐδέν,*
ἀλλ' ὥσπερ ἀπόπληκτοι στάδην ἑστῶτες ὠρύονται, —

et aliquo modo fortasse Morsimum et Sthenelum tragicos et cuiusque fautores, alteros alteris opposuit:[2]

(K. 128) *ἅψαι μόνον σὺ κἂν ἄκρῳ τοῦ Μορσίμου,*
ἵνα σου πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα, —

ac denique alium tragicum est ludificatus Melanthium: Schol. Ar. *Av.* 151 (K. 132): *Πλάτων δὲ αὐτὸν (Μελάνθιον) ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκώπτει.* Ex altera autem fabula,[3] cuius index Σοφισταί cum Cratin. frag. 2 et Eupol. frag. 447 et huius ipsius frag. 140 conferendus est, haec habemus:[4] Schol. Ar. *Pac.* 792: *Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασιν.* Πλάτων Σοφισταῖς·

(K. 134) *Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος,*
ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ Θαλαττίου, —

quibus vero Xenoclis, nomine meretricis famosae notati, et mores et artem perstrinxit. In tertia[5] vero Sthenelum iterum exagitavit furti

---

[1] Cf. Denis. *La Com. Grec.* II, 281; 61.

[2] Cf. Cobet. *Obs. crit.* 184.

[3] Conferre licet Denis. *La Com. Grec.* II, 60. — Greyus, *The Treatment of Philosophy and Philosophers by the Greek Comic Poets*, Baltimore, 1896, p. 20, perperam hunc indicem ad philosophos refert.

[4] Praeterea Schneideri coniectura (*Rhein. Mus.* LII, 448), verbum χρησμῳδόληρος in Lex. Messanens. f. 282 v. 16, legendum, fortasse est commemoranda.

[5] Cratinum hac fabula spectata taedio mortuum esse, si eis quae scite coniecit Cobetus, *Obs. crit.* 87 sq., credis, Aristophanes, *Pac.* 700 sq., per iocum dixit. Cf. Kock. I, 619; III, 727. Sed Luebkius, *Obs. crit.* 29–30, auditores putat vel sagacissimos talem iocum intellegere non potuisse. Similiter Mueller-Struebing. *Die letzten Aufführungen u. das Ende des alten Kratinos*, *N. Jahrbb.* CXLI, 513 sqq. Qui tamen quod ipse coniecit rem ad Cratini ipsius fabulam spectare, eo effecit ut et versus multo minus iocosi esse viderentur et Aristophanes aemulum suum fere laudare.

accusatione: — Harp. 272, 15 (Dind.): *ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν* (sc. *Σθένελον*) *ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας ὡς τἀλλότρια ἔπη σφετεριζόμενον* (K. 70), — ac fortasse eundem haec quoque verba de nescio quo feraciore poeta loquentem induxit et furta sua confitentem:

(K. 67) *ὅταν δέωμαι γωνιαίου ῥήματος,*
τούτῳ παρισοῦμαι καὶ μοχλεύω τὰς πέτρας.[1]

Postremae denique fabulae nihil praeter indicem gravis est momenti; ille tamen fabulae vix aptus est nisi ei quae aliqua ex parte ad litteras spectet.[2]

Ad haec alius unus tantummodo tragicus lacessitus est, videlicet Euripides. Nam in fabula quae nomine Ἑορτῶν inscribitur nescio cui inquit

(K. 30) *εὖ γέ σοι γένοιθ', ὅτι*
ἔσωσας ἐκ τῶν σῖγμα τῶν Εὐριπίδου.

Conferre licet Eust. 813, 46: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξήχησιν καὶ ψόφον . . . διὸ καὶ διασύροντες τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους προσπαίζουσιν, κτλ.* id. 896, 56: *καὶ ἡ κωμῳδία μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς χρήσεως τοῦ τ̄ ἀντὶ τοῦ σ̄ ἐπισημαίνεται χαίρειν, ὡς ἀπαλλαγεῖσα τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου.*[3]

E comicis autem unum, quod scio, Aristophanem perstrinxit, neque eum saepe. Propter Pacis illam immanem statuam, quam Eupolis, frag. 54, improbavit, hunc quoque eum in *Victoriis* fabula (K. 81)[4] vituperasse iam supra, p. 159, teste Schol. Plat. 331, demonstratum est;

---

[1] Verbum *παρισοῦμαι* Kockius pro verbo *παριστῷ*. — Conferendum autem est de eodem poeta Ar. frag. 151, quod ante attuli, p. 171.

[2] Haasius, *De fabularum comicarum indicibus, qui ap. Suid. leguntur*, Wiener Studien, XXII, 31, ut Platonis indices ad eam regulam conformet qua antiqui in *ἑβδομάδας* saepe fabulas distribuere solebant, hunc alterum modo iudicat indicem fabulae quae *Λάκωνες* inscribitur.

[3] Haec res quamquam haud raro commemorata, ne hodie quidem prorsus excussa est. Locos complures ad eam spectantes collegit Smythius, *Greek Melic Poets*, 300. Cf. autem Ribbeck. *Die dram. Parodieen* (*Die Acharner*, Anhang), 305.

[4] Luebki coniecturae, *Obs. crit.* 55, — cf. Meinek. I, 175 — viginti quattuor in hac fabula Victorias nitidas et auro ornatas hunc in scaenam produxisse quibuscum facile ingentem ab illo factam Pacis statuam compararet, haud illepidae sunt.

item propter labores quasi inutiles, quod nonnullas fabulas Philonidi Callistratoque docendas tradiderat, his eum illusisse verbis videtur:

(K. 100) τετράδι γέγονας.

Zenobius Milleri (*Mélanges* 366): τετρ. γέγονας· ταύτης μέμνηται Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐν Πεισάνδρῳ· λέγεται διὰ Ἡρακλέα.[1] Ad eundem fortasse referenda sunt Suidae verba (K. 99): Ἀρκάδας μιμούμενοι· παροιμία ἐπὶ τῶν ἑτέροις πονούντων . . . ταύτῃ τῇ παροιμίᾳ κέχρηται Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ· διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη. Sed his, etsi de Aristophane scripta esse sententia est Cobeti, *Obs. crit.* 102 sqq., Kocki, I, 628, van Leeuweni, *Mnem.* XVI, 267, alii tamen post Meinekium, I, 162, hanc vim inesse negaverunt, sed potius Platonem ipsum egestate impulsum suas fabulas aliis venditasse,[2] et hoc quidem verba ipsa significant.

Philoxenum praeterea atque eius carmen, Δεῖπνον nomine, inridet:[3]

(K. 173) Α. ἐγὼ δ' ἐνθάδ' ἐν τῇ ῥημίᾳ
τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον
πρὸς ἐμαυτόν. Β. ἔστι δ', ἀντιβολῶ σε, τοῦτο τί;
Α. Φιλοξένου καινή τις ὀψαρτυσία.
Β. ἐπίδειξον αὐτὴν ἥτις ἔστ'. Α. ἄκουε δή. κτλ.

Euathlum certe ξυνήγορον commemorat, id quod haud necessario ad eius orationes attinet: Schol. Ar. *Vesp.* 592 (K. 102): Εὔαθλος ῥήτωρ συκοφάντης . . . μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. De utilitate eloquentiae haec sunt: —

(K. 52–53) γλώττης ἀγαθῆς οὐκ ἔστ' ἄμεινον οὐδὲ ἕν.
* * *
ἡ γλῶττα δύναμιν τοὺς λόγους ἐκτήσατο,
ἐκ τῶν λόγων δ' ἅττ' αὐτὸς ἐπιθυμεῖς ἔχεις. —

de nescio quo parum recte loquente, haec: Herodian. II, 926, 3 Lentz. (K. 168): Πλάτων μέντοι ὁ κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ διέπαιξε τὴν ἄνευ τοῦ γ̄ χρῆσιν (ὀλίος pro ὀλίγος) ὡς βάρβαρον λέγων οὕτως

[1] Conferenda sunt Aristonymi frag. 4, Amipsiae 28, Sannyrionis 5, infra, p. 186.

[2] Cf. Hiller. *Philol. Anzeiger*, XVII, 373; Petersen. *Jahrbb.* LXXXV, 667; Zacher. *Philol.* XLIX, 337.

[3] Cf. Couat. *Ar. et l'Anc. Com. Att.*[3] 328.

ὁ δ' οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι,
ἀλλ' ὁπότε μὲν χρείη 'διῃτώμην' λέγειν,
ἔφασκε 'δητώμην,' ὁπότε δ' εἰπεῖν δέοι
'ὀλίγον,' 'ὀλίον' ἔλεγεν.

Quae tametsi de sermone magis quam de scriptis sunt, nihilominus perspicuum faciunt et hunc ei rei studuisse quam nostrae aetatis rhetorici 'bonum usum' appellent, et eius quidem sententia 'bonum usum' nihil aliud significasse quam 'usum Atticum.'[1] Nequaquam autem oportet sine aliqua mentione verbum αὐτοσχεδίασμα (K. 87) praetermittere; tum denique pauca exstant quae ex *Paedario* sunt afferenda: — Schol. Ar. *Pac.* 733: παράβασις· δῆλον δὲ ποιοῦσιν αὐτοὶ οἱ ποιηταί, τὸ στρέφεσθαι σημαίνοντες καὶ τὸ παραβαίνειν. Πλάτων ἐν τῷ Παιδαρίῳ·

(K. 92) εἰ μὲν μὴ λίαν . . . ὦνδρες, ἠναγκαζόμην
στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐπῶν, —

quae, quamquam nullum in ipsis continetur iudicium, declarant tamen satis aperte poetam de se aemulisque, imprimis fortasse, ut putat Bergkius (Meinek.), II, 1015, de Aristophane, iudicia iam facturum fuisse.

Sed ne illae quidem nobis neglegendae sunt sententiae quae per indices imitationemque aliorum poetarum significantur. Indicum enim tres, Ἀμφιάρεων, Δαίδαλον,[2] Νήσους, eosdem usurpasse videtur quos Aristophanes, duos, Εὐρώπην, Κέρκωπας, quos Hermippus, — id quod vix fieri potuit nisi aut scriptis eorum studuisset aut cum eis aliquo modo esset coniunctus. Imitatum autem esse ut Aristophanem Platonem, sic hunc illum paulo ante dictum est. Genus fabularum, ut Lorenzius, *Epicharm.* 209, demonstravit, id partim sequebatur quo antea Epicharmus Cratinusque usi essent. Nec vero verba aliorum ne iteraret vitabat. Cum enim Amipsias (K. 8) ita scripsisset:

ὀρφῷσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βορά,

---

[1] Huic simile fragmento est Stratt. 47.

[2] Hoc certe nomine hic an fabulam umquam scripserit incertum est. Cf. Kock. I, 605. Aliquantulo autem incertiora sunt ea quae dixit Stanger, *Blätter f. d. Bayer. Gymnasialschulwesen*, II, 204, hunc illius fabulam, cum suam eodem indice scriberet, ante oculos habuisse. — Prior quoque index perdubius est.

tum Plato (K. 56, 2),

ὀρφῷσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν,

cum autem Hermippus (K. 28),

ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι λύχνον τιν' ἢ στίλβην,

tum idem Plato (K. 190),

. . . . ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι στίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις.[1]

Qua tamen imitatione — dicendum est enim saepius — nihil fecit indignum, nihil praeter Graecorum consuetudinem. Cetera item imitationis genera, parodia paratragoediaque, saepe reperta sunt, quibus Homerus, Aeschylus, Euripides petuntur, sed nihil est quod afferre operae pretium sit.[2]

Reliqui sunt, priusquam ad mediam comoediam quae appellatur pervenimus, multi comici minores, quorum e medio duo tantum, quod aliquanto plura eorum quam ceterorum supersunt fragmenta, Strattis et Theopompus, eminent.

ARISTONYMVS, igitur, et SANNYRIO et AMIPSIAS, ut ab eis incipiam, eandem de Aristophane cavillationem quam Plato, frag. 100 (supra, p. 184), commemorant, — verba scilicet haud magnopere ad rem pertinentia: Schol. Plat. 331 (Bekk.): Ἀριστώνυμος ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι (K. 4) καὶ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι (K. 5) τετράδι φασὶν αὐτὸν (Ἀριστοφάνη) γενέσθαι, διὸ τὸν βίον κατέτριψεν ἑτέροις πονῶν. Vit. Ar. xxvii, 10 (Duebn.): εὐλαβὴς δὲ σφόδρα γενόμενος τὴν ἀρχήν, ἄλλως τε καὶ εὐφυής, τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα. διὸ καὶ ἔσκωπτον αὐτὸν Ἀριστώνυμός τε καὶ Ἀμειψίας (K. 28), τετράδι λέγοντες γεγονέναι.[3] Amipsias autem ille, quem modo nominavi, praeter illam Aristophanis ludificationem, nominibus et Sapphus poetae et Conni musici fabulas inscripsit, quas et Egger, *Histoire de la Critique*², 42, et Denisius, *La Comédie Grecque*, II, 61, litteras tractasse iudicant. Nihil

---

[1] Cf. Bergk. *Comm.* 420; Cobet. *Obs. crit.* 63 sq.

[2] Cf. fragg. 161, 173, v. 6; Eust. 1484, 26; fragg. 122, 135, 185, v. 4. Ξάντριαι autem fabula talis erat fortasse quali Aeschyli tragoediam eiusdem nominis inrideret.

[3] Cf. Starki Comm. in Ar. *Vesp.* 1021 et 1030.

tamen est praeter indices quo talis opinio confirmetur. Ceterae autem illius indicis fabulae, posteriore aetate scriptae, ad amores Sapphus magis pertinuisse quam ad poemata videntur.[1] Haec igitur quoque eiusdem fortasse erat argumenti.

ARCHIPPVS, quamquam Epicharmi Ἥβας γάμον sua fabula quae Ἡρακλῆς γαμῶν inscribitur imitatus est,[2] et Aristophanem, indice argumentoque *Pluti* iterum usurpatis,[3] atque *Avium* argumento *Piscibus* suis renovato,[4] comprobavit, et suam ipsius comoediam *Amphitruonem* retractavit,[5] apertioris tamen iudici, quantum ex reliquiis perspici potest, nihil fecit. Etenim quod in *Piscibus* fabula poeta ille saepe exagitatus, Melanthius, perstringitur, id non ad scripta sed ad gulam eius intemperatam spectat. Confitendum tamen est et illum in scaena fuisse et ea ipsa de causa poemata quoque eius fortasse animadversa esse. Conferre oportet Ath. 8, 343 c (K. 28): ἐν τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον (Μελάνθιον) δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον. Adde Eust. 1201, 3.

De ARISTOMENE hoc unum est dicendum quod coniecit Meinekius, I, 212: Eupolidis Ταξιάρχους eum in quadam fabula imitatum esse.

CALLIAS vero, poeta ille qui, teste Athenaeo, 7, 276 a, quandam effecit γραμματικὴν τραγῳδίαν, duos tragicos, Euripidem et Acestorem, exagitat: Diog. L. 2, 18: ἐδόκει δὲ (Σωκράτης) συμποιεῖν Εὐριπίδῃ . . . καὶ Καλλίας Πεδήταις·

(K. 12) A. τί δὴ σὺ σεμνοῖς καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα;
B. ἔξεστι γάρ μοι. Σωκράτης γὰρ αἴτιος.[6]

Schol. Ar. *Av.* 31: . . . ἐκαλεῖτο δὲ (Ἀκέστωρ) καὶ Σάκας διὰ τὸ ξένος εἶναι. . . . εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτὸν κεχλευάκασι Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις·

(K. 13) καὶ Σάκαν ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι.

---

[1] V. infra, p. 217.
[2] Cf. Kaibel. *Herm.* XXIV, 54, adn. 1.
[3] Cf. Kock. I, 686.
[4] Cf. Kaibel. *ibid.* 49–50, similia quoque sunt huius frag. 25 et Ar. *Av.* 1079 sqq.
[5] Cf. Meinek. I, 208; Ath. 3, 95 e.
[6] Horum versuum interpretatio quam Froehdius, *Beiträge zur Technik der alten Att. Kom.*, Berliner Stud., N. F., III, 107, protulit, cum Diogenis verbis vix congruit.

LYSIPPVS his verbis et sese fortasse defendit et aemulos vituperat:

(K. 4) οὐδ' ἀνακνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας.[1]

METAGENES gloriatus est se novas semper variasque delicias spectatoribus praebere:

(K. 14) κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.[2]

Parodiae Homeri ab eodem scriptae (fragg. 4, v. 3 sq.; 17; 18) atque index Ὅμηρος ἢ Ἀσκηταί nihil clarum significare videntur.

ARISTAGORAS hunc de quo proxime dixi, Metagenem, aliquo modo et laudat et culpat, quod eius comoediam, cui Αὖρα est nomen, emendavit ac novo indice Μαμμακύθου dato iterum docuit.[3]

Hoc loco STRATTIDEM non relinquo, quem e turba minorum huius aetatis comicorum aliquantum una cum Theopompo eminere, paulo ante dixi. Is enim ut Hegelochum histrionem ludificari videtur, sic eodem fragmento Euripidem laudare:

(K. 1) καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν,
Εὐριπίδου δὲ δρᾶμα δεξιώτατον
διέκναισ' Ὀρέστην, Ἡγέλοχον τὸν Κυννάρου
μισθωσάμενος τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν.[4]

Sed cum hunc aliis in locis per parodiam acerbe perstringat,[5] haec forsitan aut cum dissimulatione dixerit aut persona nescio cuius Euripidi faventis. E comicis vero aequalibus suis cum Philyllium tum Sannyrionem petit, illum quod aliquid in arte scaenica novarat, his verbis: —

---

[1] De quibus v. Meinek. I, 216; Cobet. *Obs. crit.* 15; 65; Stanger. *Blätter f. d. Bayer. Gymw.* II, 205.

[2] Interpretationem Poppelreuteri, *De com. Att. primordiis*, 44, qui, θέσιν, ut aiunt, διαφυλάττων, haec affirmat poetam velle dicere: — eo loco quo comoedia episodica esse incipiat, se argumentum antea excultum omittere ut varias personas inducat, — quoniam ad finem libri Athenaei decimi afferantur hi versus, cum iam ad proximum librum rem quandam deinceps tractandam dilaturi sint illi δειπνοσοφισταί, nihilo magis quam Kaehler, *Neue phil. Rund.*, 1896, 83, accipiendam censeo; nec huius ipsius interpretatio Kockio est omnino praeferenda. Cf. autem Zielinsk. *Quaest. Com.* 21, adn. 2.

[3] Cf. Meinek. I, 218; II, 761, 1; Haas. *De com. Att. fabularum nominibus*, I, 43 sq.

[4] Cf. Sihler. *De parodiis*, 4.

[5] Imprimis fragg. 45 et 46; v. infra, pp. 189–190.

(K. 37) ὑμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον
ὅσοι πάρεστε, μὴ λαβόντες λαμπάδας
μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλίου, —

hunc autem hoc versu:

(K. 54) Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν.

Quae tamen non sunt hic inserenda nisi simul Bergki, *Comm. de rel. com. Att.* 271, Zielinskique, *Quaest. Com.* 29, sententia accipiatur: hic significari eos qui apud Graecos φαλλοφόροι vocentur. Hos enim ideo poetae auxilio esse potuisse, quia risus spectatorum moverent. Est certe nobis paulo obscurior tàlis iocus, sed ab acutis fortasse Atheniensibus facile intellegeretur. Nescio tamen an propter causam a Meinekio, II, 785–6, prolatam haec omnia sint reicienda.

In Cinesiam vero, poetam dithyrambicum, totam fabulam eius nomine inscriptam docuit, qua partim certe maciem corporis, partim tamen carmina mala inrisit: Ath. 12, 551 d (K. 18): ἦν δὲ ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στράττις,[1] Φθιώτην Ἀχιλλέα αὐτὸν καλῶν, διὰ τὸ ἐν τῇ αὐτοῦ ποιήσει συνεχῶς τὸ Φθιῶτα λέγειν. Schol. Ar. *Ran.* 404 (K. 15): χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῷ τινι καὶ καθάπαξ περιεῖλε Κινησίας τὰς χορηγίας· ἐξ οὗ καὶ Στράττις ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἔφη. σκηνὴ μὲν τοῦ χοροκτόνου Κινησίου. (Sic fere Meinekius.) Ea autem quae sunt in Lex. Sabbaitico, 1, 18 (Kock. *Rhein. Mus.* XLVIII, 585, 18; Blaydes. *Advers.* II, 346), — αὐτοσχεδιασθεὶς Στράττις, — sententiam aliquam iudicandi habere videntur et ad illas res spectare possunt ab antiquissimis poetis comicis ex tempore dictas, aut ad nescio quem res simillimas scribere solitum.

Parodia autem, ut ad alterum illud iudiciorum genus procedamus, hunc usum esse, imprimis contra Euripidem paulo ante dictum est. Meinekius certe, I, 232, 233, et Egger, *Hist. de la Crit.*[2] 43, plures commemorant huius fabulas quibus aequalium, praesertim sine dubio eiusdem Euripidis, tragoedias hoc modo petitas esse arbitrantur. Hic duo tantum fragmenta affero, quibus vere ille culpari videtur:

(K. 45) παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον.

[1] Cum his cf. frag. 19.

Quibuscum conferre oportet Arist. *de sensu*, 5, 443 b, 30: ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην (sc. *Phoen.* 460) σκώπτων εἶπε Στράττις ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ ἐπιχεῖν μύρον. κτλ.

(K. 46) εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις,
ὅταν λέγωσιν 'ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.'

Cf. Eur. *Phoen.* 546. Et his vero et illis, ut putat Sihler, *De parodiis*, 4, inepte illum scripsisse hic iudicasse videtur.[1] Ad eadem pertinet sine dubio Lex. Messanense, f. 282 v. 3 (*Rhein. Mus.* XLVII, 409): — παρατραγ[ῳδεῖν σὺν τῷ ῑ Σ]τ[ρ]άττις Φοινίσσαις, — et simili ratione Spinthari tragoedia Ἡρακλῆς περικαιόμενος Meinekio, I, 226, videtur ab hoc Ζώπυρον περικαιόμενον scribente lusa esse. Praeter haec nullum aliud est huius iudicium nisi id quod Bergki, *Comm. de rel. com. Att.* 288, coniectura continetur, Strattidem Pherecratis fabulam Ἀγαθούς emendatam suo nomine repetiisse.[2]

THEOPOMPVS vero, alter ille paulo insignior poeta, in omnibus paene fragmentis quae vel minima ex parte ad rem nostram spectant, commemorare tantummodo poetas vel verba eorum potius quam iudicare videtur. Id enim genus fragmenta cum de Homero, Euripide, Isaeo, Platone scripta, tum de Telesta, poeta dithyramborum, de Charixena, illa antiqua poetria tibicinaque, — si umquam re vera vixit,[3] — de scolio Telamonis supersunt, quae omnia iam ex ordine profero:

Eust. 1863, 50: . . . παρὰ Θεοπόμπῳ τῷ κωμικῷ, εἰπόντι ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Ὀδυσσέως τὸ

(K. 33) χιτῶνά μοι
φέρων δέδωκας δαιδάλεον, ὃν ᾔκασεν
ἄρισθ' Ὅμηρος κρομμύου λεπυχάνῳ.

(K. 34) Εὐριπίδου τἄρ' ἐστὶν οὐ κακῶς ἔχον,
τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.[4]

Plut. *Mor.* 839 f (K. 18): μνημονεύει δὲ (Ἰσαίου) Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Θησεῖ.

---

[1] Cf. Rutherf. *New Phrynichus*, pp. 37–38.

[2] Cf. Haas. *De com. Att. fabularum nominibus*, I, 44 sq.

[3] V. supra, p. 150.

[4] Nauckius, *T. G. F.*[2] ad Eur. frag. 894, parodiam haec esse putat, tragicum autem illum poetam pro δειπνεῖν scripsisse φεύγειν sive verbum aliquod simile. Cf. Ribbeck. *Die dram. Parodieen*, 316, adn. 64, et Peters. *Ar. iudicium de summis tragicis*, 71.

(K. 15) ἓν γάρ ἐστιν οὐδὲ ἕν,
τὰ δὲ δύο μόλις ἕν ἐστιν, ὥς φησιν Πλάτων.[1]

(K. 3) λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον
φιάλην· Τελέστης δ' ἄκατον ὠνόμαζέ νιν.

(K. 50) αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ
αὕτη γε κρούμαθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης.

(K. 64, v. 3) Τελαμῶνος οἰμώζοντες ἀλλήλοις μέλη.

E quibus duo priora, etsi aliquid laudationis Homeri Euripidisque habere videantur, probabilius tamen est, ut opinor, poetam scripsisse ut eos inrideret; haud multum certe distant a parodia. Cetera quoque non magni esse confitendum est.

Imitatus hic est praesertim Aristophanem. Nam, ne minorum rerum mentionem faciam,[2] Στρατιώτιδας atque Εἰρήνην similes constat fabulis illius fuisse.[3] Ac denique, — etenim de parodiis[4] non opus est dicere, — duo sola fragmenta sunt commemoranda, K. 40 et 41, quae cum, partim similia, partim dissimilia inter se, eadem e comoedia sint, alterum fortasse alterius est editionis, ut iudicavit Schweighäuser, ad Ath. 11, 485 e (VI, 201).

Restant antiquae comoediae aetatis poetae complures, sed omnium tam exiguae sunt reliquiae ut paene nullius sint nobis preti. Nulla enim omnino manifesta praebent iudicia, perpauca quocumque de genere. Cantharvm quidem fabulas et Συμμαχίαν et Μύρμηκας a Platone emisse putat Meinekius, I, 163, 185, 251, — quae res si vera est, — et maxime certe cum Cobeto, *Obs. Crit.* 178, dubito — docere potest hunc illum aliqua ex parte miratum esse. Diocles comoediam unam emendatam iterum edidit;[5] Nicochares fabulam Ποιητήν scripsisse videtur, de qua tamen nihil certi habemus; carmen mulierum ventilantium scribens (K. 6) Aristophanem fortasse imitatus est;[6] Philoxenum per parodiam

[1] Meinekius, II, 797, Platonis *Phaed.* 96 e eum respicere iudicat. Cf. autem Teichmueller. *Literarische Fehden*, II, 198, ad fin.; Hussey. *Class. Stud. in Honor of Drisler*, New York, 1894, p. 91.

[2] Cf. frag. 64 et Kocki adn.

[3] De illa, cf. Kock. I, 747, de hac, Meinek. I, 240.

[4] Exempla sunt fragg. 3, 30. De Platonis parodiis ab hoc poeta scriptis confer Hussey. loc. laud. 84 sqq.

[5] Vide Meinek. I, 252.

[6] Cf. Ar. frag. 339; adde Phryn. 14; Nicoph. 17.

in fabula *Galatea* perstrinxit;[1] sua denique verba iteravit, teste Ath. 10, 426 e f: Νικοχάρης ἐν Ἀμυμώνῃ . . . ἔφη . . . (sequitur K. 1). τὰ παραπλήσια εἴρηκε καὶ ἐν Λημνίαις (K. 13).

PHILYLLIVS in fabula quae Πλύντριαι ἢ Ναυσικάα appellatur, res Homericas in ridiculum vertit;[2] POLYZELVS illud indicum genus verbo γοναί desinens, de quo ante, p. 125, dictum est, valde probasse videtur, siquidem eius modi indicibus quattuor usus est. Sed haec hactenus.

Denique, ut antiquarum comoediarum contemplationem aliquando concludamus, pauca de eis fragmentis sunt dicenda quae, scriptore vero ignoto, huius aetatis esse videantur. Quorum quattuor ad tragicos spectant: Diog. L. 4, 20: ἦν δὲ (Πολέμων) καὶ φιλοσοφοκλῆς, καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις ὅπου κατὰ τὸν κωμικὸν τὰ ποιήματα αὐτῷ (Σοφοκλεῖ)

(Adesp. 18 K.) κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός.

Philostrat. Minor. *Imag.* 13 (pp. 414–5 Kayser.): ὁρᾷς γὰρ καὶ τὰς μελίττας, ὡς ὑπερπέτονταί σου καὶ βομβοῦσιν ἡδύ τι καὶ θεῖον ἐπιλείβουσαι σταγόνας ἀπορρήτους τῆς οἰκείας δρόσου· τουτὶ γὰρ καὶ τῆς σῆς ποιήσεως διαφύσεσθαι παντὸς μᾶλλον. ἦ πού τις καὶ ἀναφθέγξεται μικρὸν ὕστερον ἐπὶ σοὶ Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον λέγων (= Adesp. 22 K.) καὶ δεδοικέναι τῳ παρεγγυήσει, μή πῃ λάθοι τις ἐκπτᾶσα τοῦ σοῦ στόματος μέλιττα καὶ τὸ κέντρον ἀφυλάκτως ἐγχρίσασα.

Zenob. 3, 77 (Adesp. 51–52 K.):

ἐν δὲ διχοστασίῃσι καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ·

ἐπὶ τῶν εὐτελῶν τῶν διὰ περιπέτειάν τινα τιμῆς ἀξιουμένων. τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἡ λέγουσα·

ἐν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ ὁ Καρκίνος ἔμμορε τιμῆς.
ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.

(Adesp. 57 K.) θυμελικὰν ἴθι μάκαρ φιλοφρόνως εἰς ἔριν.

Prius vero, sicut Phryn. frag. 65, de quo ante, p. 165, dixi, ad Sophoclem propter aliquas sine dubio tam acres in fabulis eius factas controversias pertinet ut in eis canum etiam Molossicorum vis inesse visa sit; secundum autem ad eiusdem aut Phrynichi suavitatem, quippe quos

---

[1] Cf. Meinek. I, 255; Denis. *Com. Grec.* II, 64.

[2] Cf. Meinek. I, 260.

μέλιττας antiqui vocaverint;[1] tertium, ut manifestum est, ad Carcinum et mala eius scripta nullo digna honore; quartum, si Meinekium, IV, 649, sequaris, ad certamen aliquod tragicorum, Aristophanis vel Phrynichi consimile. Etenim hoc quamquam nihil ipsum iudici continet, fabulae tamen eius modi fuisse apparet cuius forsitan in magna parte ad tragicos nescio quos iudicandos poeta deditus sit.

Comoediae antiquae rudia initia, si Hillero, *Rhein. Mus.* XXXIX, 327–329, credas, his verbis deridentur: Pollux 4, 123: ἐλεὸς δ' ἦν τράπεζα ἀρχαία ἐφ' ἣν πρὸ Θέσπιδος εἷς τις ἀναβὰς τοῖς χορευταῖς ἀπεκρίνατο. Putat enim ille, cum aliquis comicus, — eodem modo scilicet quo Aristophanes, fragg. 253, 254 (supra, p. 172), illa initia agrestia ludificans,—minime serio mensam fortasse ex culina elatam dixisset illis antiquis pro pulpito fuisse, virum nescio quem eruditum, velut si nullus in eis verbis esset iocus, nimis proprie ea interpretatum esse eoque orsa esse Pollucis verba. Accedit quod versus a Mario Plotio (VI, 508 Keil.) adlatus,

ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν σατύροις,

quem idem Hiller, *ibid.* 329, adn. 2, alicui comico attribuit, etsi nullum perspicuum iudicium, nonnihil tamen laudis Choerili, aliquid etiam contemptionis habet. Tum verba quaedam incertissima nuper reperta atque inter Amherstianas quae vocantur papyros, II, 1901, XIII, edita, hic commemorare debemus. Quae quamquam propterea exscribere nolo quod multo corruptiora sunt quam quae enodari possint,[2] oportet tamen brevi me dicere inter adnotationes antiquas in margine scriptas esse haec verba, παρα το φορτικ et εις Μαγνητα. Quare non dubium est, mea quidem sententia, quin aliquid ille poeta eo loco vituperatus sit. Denique haec fortasse, ut Kockius, III, 407, coniecit, in aemulos comicus aliquis vertit: Bekk. *Anec.* 39, 19 (Adesp. 46 K.): ἐπικαττύειν καὶ πτερνίζειν· τὰ παλαιὰ ἐπισκευάζειν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς παλαιοῖς ὑποδήμασιν ἕτερα καττύματα καὶ πτέρνας προσαπτόντων. λέγουσι δὲ ἐπὶ τῶν τὰ παλαιὰ τῶν δραμάτων μεταποιούντων καὶ μεταρραπτόντων.

---

[1] Sic Meinek. IV, 655. Melius tamen, ut opinor, de illo quam de hoc haec interpretabimur. Sunt enim ex ea parte Philostrati *Imaginum* sumpta quae ΣΟΦΟΚΛΗΣ inscribitur. Cum autem apis sint et mel et aculeus, fortasse sicut priore illo fragmento, aliquam partem acritas illa significari potest. Et verbum κέντρον est apud Philostratum ipsum.

[2] Cf. Allen. *Class. Rev.* XV, 425.

Alia fragmenta Periclem perstringunt: — Plut. *Pericl.* 8 (Adesp. 10 K.): αἱ κωμῳδίαι τῶν τότε διδασκάλων σπουδῇ τε πολλὰς καὶ μετὰ γέλωτος ἀφεικότων φωνὰς εἰς αὐτὸν (Περικλέα) ἐπὶ τῷ λόγῳ μάλιστα τὴν προσωνυμίαν (τοῦ Ὀλυμπίου) γενέσθαι δηλοῦσι, βροντᾶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν ὅτε δημηγοροίη, δεινὸν δὲ κεραυνὸν ἐν γλώσσῃ φέρειν λεγόντων.[1]

(Adesp. 49 K.) (ὅταν) ἀστράψῃ διὰ Πυκνός

ἀντὶ τοῦ δι' Ἅρματος. Hesych. s. v. ἀστράψῃ. — aliud fortasse sophistas: —

(Adesp. 37 K.) γλῶττάν τέ σοι
δίδωσιν ἐν δήμῳ φορεῖν
καλῶν λόγων ἀείνων,
ᾗ πάντα νικήσεις λέγων. —

alia Oeonichum aliosque eius consimiles pravos musicos:

(Adesp. 25 K.) Οἰωνίχου μουσεῖον.

Plut. *Mor.* 1142 a (Adesp. 65 K.) καὶ ἄλλοι κωμῳδιοποιοὶ (sc. praeter Pherecratem et Aristophanem) ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων. Denique par versuum est quorum primo commoda demonstrat aliquis poeta fabularum suarum, altero alius de utilitatibus eis dicere videtur quas civibus comici praebeant:

(Adesp. 53 K.) εὐφράνας ὑμᾶς ἀπέπεμπ' οἴκαδ' ἄλλον ἄλλοσε.

(Adesp. 38 K.) τῶν πολιτῶν ἄνδρας ὑμῖν δημιουργοὺς ἀποφανῶ.[2]

Sed iam demum, poetis omnibus antiquae aetatis pertractatis, ad mediam quam vocamus comoediam[3] pergamus. Qua aetate qui scrip-

---

[1] Cf. Ar. *Vesp.* 671 Starkique adn.

[2] Dobr. *Advers.* 1, 381: τῶν ποιητῶν, ὦνδρες, ὑμᾶς vel τῶν πολιτῶν, ὦνδρες, ἡμᾶς (i. e. τοὺς ποιητάς).

[3] Mediam comoediam ut ab antiqua sic ab nova seiungere et oportere et utile esse mihi videtur. Nam etsi Kockius, II, 11, Fielitzium, *De Atticorum comoedia bipartita*, Bonn., 1866, arbitratur rem ita demonstrasse ut nulla iam possit esse dubitatio, nonnihil adhuc dubitationis manet. Crusius vero, *Philol.* XLVI, 606 et *Gött. Gel. Anz.*, 1889, 183 sqq., et alii a Kockio valde dissentiunt. Kaibelus, *Herm.* XXIV, 57 sqq., bipartitam illam comoediam, a Pergamenis haud ab Alexandrinis inventam, ea sola putat ratione defendi quae ad sermonem ac genus scribendi attinet. Si iudicia certe comicorum de litteris facta consideras, magnopere confiteberis differre hoc medium genus comoediae et ab antiquiore et a posteriore.

serint mox apparebit aliquid a prioribus distulisse. ANTIPHANES, tamen, ut qui haud longinquus abesset aetate antiquioribus a comicis, sicut illi, Euripidem perstrinxit:

(K. 207, 4 sqq.) ἡδύ τοι
ἐστὶν μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἑνός
. . . παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ
τὸν ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης.
A. Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν; B. ἀλλὰ τίς;
A. Φιλόξενος δήπουθεν. B. οὐδὲν διαφέρει,
ὦ 'τάν· ἐλέγχεις μ' ἕνεκα συλλαβῆς μιᾶς.

Quorum scilicet versuum et prioribus leviter culpatur tragicus ille qui mutationem dixerit omnium rerum esse dulcem — cf. frag. adesp. 115, infra, p. 224 — et ceteris idem Philoxenusque poeta dithyrambicus propter novum illud verbum petuntur. Sunt enim comici saltem sententia inter se consimiles.[1] Praeterea fortasse hic commemorandum est Argum. Eur. *Alc.*: παρὰ τοῖς τραγικοῖς (κωμικοῖς, Lachm., κριτικοῖς, Herm., τῶν γραμματικῶν, Nauck.) ἐκβάλλεται ὡς ἀνοίκεια τῆς τραγικῆς ποιήσεως ὅ τε Ὀρέστης καὶ ἡ Ἄλκηστις, ὡς ἐκ συμφορᾶς μὲν ἀρχόμενα, εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν καταλήξαντα. Quod quidem et Meinekius I, 324, et Patinus, *Études sur les Trag. Grecs: Euripide*[7], II, 331, ad Antiphanis *Alcestin* Euripidis eodem nomine fabulam exagitantem referunt. Sed cum ne verba quidem scriptoris certa sint, de sententia nihil est confirmandum.

Philoxenus autem in longiore fragmento Τριταγωνιστοῦ fabulae, cuius scilicet indice ipso, ut iudicat Egger, *Hist. crit.*[2], 71, theatralem aliquam rem significari oportet, effusis laudibus effertur:[2] Ath. 14, 643 d: ὁ Κυθήριος Φιλόξενος, ὃν ἐπαινῶν Ἀντιφάνης ἐν τῷ Τριταγωνιστῇ φησιν·

(K. 209) πολύ γ' ἐστὶ πάντων τῶν ποιητῶν διάφορος
ὁ Φιλόξενος. πρώτιστα μὲν γὰρ ὀνόμασιν
ἰδίοισι καὶ καινοῖσι χρῆται πανταχοῦ·

---

[1] Et hodie certe non constat utrius vere sit illud ἀρκεσίγυιον; huius enim esse iudicat Ribbeckius, *Die dramat. Parodieen*, 278, adn. 15, illius, Kockius, II, 101. Cf. autem Peters. *Ar. iudicium de tragicis*, 70–71.

[2] Cf. Kock. adn. in Eubul. frag. 37 (II, p. 177).

ἔπειτα τὰ μέλη μεταβολαῖς καὶ χρώμασιν
ὡς εὖ κέκραται. θεὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἦν
ἐκεῖνος, εἰδὼς τὴν ἀληθῶς μουσικήν·
οἱ νῦν δὲ κισσόπλεκτα καὶ κρηναῖα καὶ
ἀνθεσιπότατα μέλεα μελέοις ὀνόμασιν
ποιοῦσιν ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη.

Quae verba eius esse poetae mihi videntur qui multum litteris earumque aestimationi sese dederit. His enim in iudiciis, et quae ad Philoxenum pertinent et quae illos poetas posteriores perstringunt, singulae res variaeque scribendi rationes perspicue tractantur. Nec vero cum simulatione, ut olim putavi, haec loquitur poeta. Etenim neque Athenaei verbum ἐπαινῶν talem haberi sententiam sinit, nec cum verbo ἦν usus mortuum esse Philoxenum poeta doceat, verisimile est indigne hunc eum exagitasse. Rarissimas tamen apud comicos esse tales laudes admonuit Smythius, *Greek Melic Poets*, p. lvii, adn. 1. Fabula vero Σαπφώ, utrum carmina illius poetriae perstrinxerit,[1] an, prout aliae pleraeque huius indicis fabulae posterioribus a poetis scriptae, praesertim amores, incertum est. Etenim fere nihil praeter indicem quod argumentum patefacere atque explicare possit habemus, si quidem haec verba excipis: Ath. 10, 450 e: ἐν δὲ Σαπφοῖ ὁ Ἀντιφάνης αὐτὴν τὴν ποιήτριαν προβάλλουσαν ποιεῖ γρίφους, . . . ἐπιλυομένου τινός. Eius tamen consimilis et aenigmatum plena erat Πρόβλημα fabula, et fortasse uterque eos inrisit qui aenigmatibus in sermone uti solebantur, quem ad modum vero Παροιμίαι, eos qui proverbiis tritis nimis utebantur.[2] Fabulam autem Ποίησιν et propter indicem et propter frag. 191, infra laudatum, in arte poetica versatam esse paene est certum.[3] Accedit quod Demosthenis celeberrimum illud antitheton et id quod τὸν ἔμμετρον ἐκεῖνον ὅρκον appellat Plutarchus, *Dem.* 9, sic commemorantur: — Ath. 6, 223 d e: Δημοσθένην . . . ὅς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν εἰ δίδωσιν ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν, ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχηλεῖ τόνδε τὸν τρόπον·

---

[1] Cf. Egger. *Hist. Crit.*[2] 71; Denis. *Com. Grec.* II, 361.

[2] Cf. Meinek. I, 277 sqq.; Egger. *Hist. Crit.*[2] 72; Kaibel. in Pauly-Wissowae *Real-Encycl.* I, 2520.

[3] Cf. Kaibel. loc. laud.

(K. 169) ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν. B. ἠγάπησεν ἂν
τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.[1]

Plut. *Mor.* 845 b: προελθὼν δὲ πάλιν (Δημοσθένης) εἰς τὰς ἐκκλησίας νεωτερικῶς τινα λέγων διεσύρετο· ὡς κωμῳδηθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Ἀντιφάνους καὶ Τιμοκλέους (frag. 38).

(K. 296) μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα.[2] — sic autem in alia fabula Timothei locutiones absurdae: —

(K. 112) εἶτ' ἤδη δὸς φιάλην [τὸ ὅπλον] Ἄρεως,
κατὰ Τιμόθεον, ξυστόν τε βέλος.[3] —

ac carmina illa antiqua in conviviis usurpata, quae Graeci σκόλια appellant; nam horum nescio quem in scaenam inductum maxime taedet:

(K. 85, 2 sqq.) ἴσχε, τὸν ᾠδὸν λάμβανε.
ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
τούτων περάνῃς, τὸν Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν
Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον.

Deinceps est afferendum fragmentum quod, a multis iam interpretibus magna ex parte enodatum, etiam nunc aliqua obscuritate involutum est: Ath. 4, 134 b: Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶ κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν ὡς παρὰ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως·

(K. 113) οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

---

[1] Dobraeus et van Herwerdenus, *Mnem.* XIV, 174, ὅσαπερ legunt v. 2 pro ὥσπερ. — Hoc aliaque quattuor fragmenta quae ad eadem Demosthenis verba spectant, Alex. 7 et 209, Anaxil. 9, Timocl. 12, conservavit Athenaeus, loc. laud.

[2] Haec verba Demosthenis Kaibelus, *Herm.* XXIV, 53, ex *Piscibus* esse, Archippi fabula, putat, — coniectura certe tenuioribus argumentis confirmata. Magis tamen ridicula, sine dubio, res comicis visa esset, si ab oratore in comitiis contionante verba comoediae essent laudata.

[3] Hanc verbi translationem probare videtur Arist. *Rhet.* 1413 a, 5 sq. Cf. Copi *Introd. to Arist. Rhet.* 291. Haud tamen saepe inter eum comicosque oritur dissensio. — In priore versu eadem legi quae Kaibelus, Ath. 10, 433 c, Emperium et Koppiersium secutus.

Eum qui hic petitur, *τίνα τῶν σοφῶν*, et Trendelenburgius, apud Meinek. *F. C. G.* III, 60, et Schrader, qui *Philol.* XLIV, 251 sqq., plenius de hac re disseruit et alii,[1] Heraclidem esse Ponticum arbitrantur: quem et mollem (*βάκηλον*) fuisse constat[2] et Heracliti, **τοῦ σκοτεινοῦ**, scripta interpretatum esse et rhetorica quaedam composuisse opera[3] et de Euripidis fabulis aliquo modo scripsisse.[4] Illum enim Athenis hoc tempore fuisse et, ut Academicum Aristotelis gloriae invidentem, sibi fortasse maiores virtutes adrogasse monstrat Dielsius, *Abhandl. d. Berl. Akad.* (phil.-hist.), 1886, iv, 14. Haec quoque fragmenta minutissima iudicium certe olent:

(K. 67) δρᾶμ' ἀκοῦσαι,
(K. 197) βιβλιογράφος,[5]

nec minus hoc longius:

(K. 274) ἀεὶ δὲ πρὸς Μούσαισι καὶ λόγοις πάρει,
ὅπου <τι>[6] σοφίας ἔργον ἐξετάζεται.

Accuratius tamen de his loqui vix possumus. Alia incerta sed fortasse ad rem pertinentia repperi apud Grenfelli et Hunti *Oxyrhynch. Papyr.* III, 427, p. 73 (cf. pp. 68–69): —

]ανδρες οι γεγενημενοι
]π̣αντες ευρωστως αμα
τον] βιον διαξετε.
Αντιφ]ανους̅
Ανθρω]πογονι̣ι̣̅. —

quibus illi qui ediderunt hanc esse significationem iudicant: si huic fabulae plausum dabitis, secundis fruemini rebus vos omnes.

---

[1] Cf. Schrader. *ibid.* 252.

[2] Cf. Wilamowitz. *Phil. Untersuch.* IV, 197, adn. 18.

[3] Verbum *τέχνην* ad illum Theodectis librum cui erat nomen *τέχνῃ ῥητορικῇ* (cf. Christ. *Gr. Litt.*[3], 280) et ipse spectare olim putavi et eandem Blassi, *Att. Bereds.*[2] II, 445 sq., esse sententiam nunc vidi. Quam tametsi Schrader, *ib.* 252, adn. 32, teneri non posse putat, nescio an vera sit. Aliquid cautius hac tota in re progressus est Vossius, *De Heraclidis Pontici vita et scriptis*, Rostochii, 1896, 14.

[4] Cf. quae loca Diogenis Laerti affert Meinekius, III, 60; Schrader. *ibid.* 253–54.

[5] Cf. van Herwerden. *Mnem.* XIV, 175.

[6] Sic Meinekius et Kaibelus.

Adde huc nonnulla de longarum orationum ratione et novorum inventorum scripta:

(K. 268) *οὐκ ἔστιν οὐδὲν λεγόμενον μακρῶς, ὅτε*
ὁ λέγων ὑποτάττει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα.[1]

(K. 29) *ἐπὶ τὸ καινουργεῖν φέρου,*
οὕτως, ἐκείνως, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι
ἓν καινὸν ἐγχείρημα, κἂν τολμηρὸν ᾖ,
πολλῶν παλαιῶν ἐστι χρησιμώτερον.[2]

Tum de rebus tragicorum secundis, comicorum adversis, haec sunt:[3]

(K. 191) *μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία*
ποίημα κατὰ πάντ', εἴ γε πρῶτον οἱ λόγοι
ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι,
πρὶν καί τιν' εἰπεῖν· ὥσθ' ὑπομνῆσαι μόνον
δεῖ τὸν ποιητήν· Οἰδίπουν γὰρ ἂν μόνον
φῶ, τἄλλα πάντ' ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάιος,
μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, παῖδες τίνες,
τί πείσεθ' οὗτος, τί πεποίηκεν. ἂν πάλιν
εἴπῃ τις Ἀλκμέωνα, καὶ τὰ παιδία
πάντ' εὐθὺς εἴρηχ', ὅτι μανεὶς ἀπέκτονεν
τὴν μητέρ', ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως
ἥξει πάλιν τ' ἄπεισι . . . . .
ἔπειθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,
κομιδῇ δ' ἀπειρήκωσιν ἐν τοῖς δράμασιν,
αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανήν,
καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.
ἡμῖν δὲ ταῦτ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ

---

[1] Hunc versum cur Kockius se dicat melius intellecturum fuisse si poeta *τοὺς λόγους τοῖς πράγμασιν* scripsisset, nescio; nam satis plane significare videtur: res (sc. res veras, hoc est haud nugas inanes) supponit verbis. Nisi vero haec sunt alicuius rhetorici praecipientis: verba tene, res sequuntur.

[2] Quod fragmentum ad alia quaevis praeter litteras pertinere potest, sed potius ad has propterea quod ad eius modi inventa certe spectat fragmentum Timothei quoddam huius consimile, quod Athenaeus, 3, 122 d, loco proximo exscripsit.

[3] Roemer, *Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXII, 57 haec vix vera arbitratur; de qua re cf. Blank. *Jahrbb.* CXLIX, 70. Fragmentum emendare conati sunt van Herwerdenus, *Mnem.* XIV, 175; Richardsius, *Class. Rev.* XIII, 426.

εὑρεῖν, ὀνόματα καινά, τὰ διῳκημένα
πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφήν,
τὴν εἰσβολήν. ἂν ἕν τι τούτων παραλίπῃ
Χρέμης τις ἢ Φείδων τις, ἐκσυρίττεται·
Πηλεῖ δὲ ταῦτ᾽ ἔξεστι καὶ Τεύκρῳ ποιεῖν.

Etsi nihil huic inesse iudici a viris litteratissimis est dictum,[1] videtur tamen pars prior tragicos, — imprimis fortasse, ut Petersius, *Ar. iudicium de tragicis*, 70, Euripidem, — culpare et quod narrationes illas longiores in prologis scripserunt, auxilia segnibus et ignaris animis,[2] et quod μηχανὴν illam saepius usurpare soliti sunt,[3] posterior dumtaxat quid ex poetae populique sententia sit mala comoedia, quid bona monstrare.

Ac nunc obscuriora illa iudicia inspiciamus. Indices quidem examinati haud multum docent; nam e tanta eorum multitudine — quos vero alii aetate posteriores saepe usurpabant — pauci non sunt novi et integri. Nec quempiam hic oportet commemorare nisi Epicharmum, cuius quattuor aut quinque similes sunt indices, et fortasse Aristophanem Strattidemque quorum ab utroque ternos hic mutuatus est. Philoxeni vero, eiusdem quem laudatum iam supra, p. 195, vidimus, et res et verba libere imitabatur,[4] comicamque sine dubio imitationem et aliorum complurium tragicorum et Sophoclis[5] et Euripidis cum versibus singulis tum fabulis ludicris totis faciebat:[6] cuius vero rei exemplum est hoc:

(K. 1) καὶ πρῶτα μὲν
αἴρω ποθεινὴν μᾶζαν, ἣν φερέσβιος
Δηὼ βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλον·
ἔπειτα πνικτὰ τακερὰ μηκάδων μέλη,
χλόην καταμπέχοντα, σάρκα νεογενῆ.
B. τί λέγεις; A. τραγῳδίαν περαίνω Σοφοκλέους.

---

[1] Vide Saintsbur. *Hist. Crit.* I, 25; Sandys. *Hist. of Class. Scholarship*, 56.

[2] Cf. Jebb. *Class. Gk. Poetry*, 198; Arist. *Rhet.* 1415 a, 19.

[3] Eandem aliqua ex parte culpavit Plato, *Crat.* 425 d.

[4] Cf. Kock. II, p. 64, ad fin.; fragg. 174, vv. 2, 5, 6; 182, v. 2; Zacher. *Berl. phil. Woch.* VI, 713.

[5] Sed fortasse Sophoclis minoris; cf. Kock. II, 13; Nauck. *T. G. F.*², p. 294, frag. 687.

[6] Cf. fragg. 231; 18, 1–2; 242, 3; 228, 4; fabulasque Αἴολον, Θαμύραν, Μελέαγρον, Ὀμφάλην, Σκυρίαν (?), Φιλοκτήτην.

Quibus autem in verbis iudicium quoddam de sermone tragoediae et comoediae inter se dissimillimo inesse apparet. Ac nescio an illo per anfractum circuitionemque dicendi genere, quo saepe utebatur, quosdam poetas inriserit.[1] Bis certe, verbis iteratis sese quodam modo imitatus est;[2] semel fabulam olim doctam emendavit iterumque edidit.[3]

ANAXANDRIDIS, ne indices Κωμῳδοτραγῳδίαν et Σώσιππον commemorem, qui vix ad nostrum sermonem spectare possunt,[4] haec sunt iudicia: primum scriptorem aliquem, sive Simonidem sive alium nescio quem, fere dementem iudicat, qui vitam scolio depingens magnopere, ut hic opinatur, a veritate aberraverit: —

(K. 17) ὁ τὸ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος, ὅστις ἦν,
τὸ μὲν ὑγιαίνειν πρῶτον ὡς ἄριστον ὂν
ὠνόμασεν ὀρθῶς, δεύτερον δ' εἶναι καλόν,
τρίτον δὲ πλουτεῖν, τοῦθ', ὁρᾷς, ἐμαίνετο·
μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει·
καλὸς δὲ πεινῶν ἐστιν αἰσχρὸν θηρίον. —

tum Timotheum sic ludificatur: —

(K. 6) ἀρτίως διηρτάμηκε καὶ τὰ μὲν διανεκῆ
σώματος μέρη δαμάζετ' ἐν πυρικτίτῳ στέγᾳ·[5]
Τιμόθεος ἔφη ποτ', ἄνδρες, τὴν χύτραν οἶμαι λέγων. —

et iterum, sicut Antiphanes (frag. 112), propter eiusdem illam φιάλην Ἄρεος: Ath. 11, 502 b (K. 80): Ἀναξανδρίδης δὲ φιάλας Ἄρεος καλεῖ τὰ ποτήρια ταῦτα, i. e. τὰς καρυωτὰς φιάλας. Item de rebus musicis haec scripsit: —

(K. 15) ὁ μὲν γὰρ εὐφυής τις εἶναι φαίνεται,
ὡς δ' εὐρύθμως λαβὼν τὸ μελετητήριον
εἶτ' ἐσχεδίασε δριμέως ἐν . . . παπαῖ,
μεστὸς γενόμενος πρὸς τὸν Ἀργᾶν βούλομαι
κωδωνίσας πέμψαι σ' ἀγωνιούμενον,
ἵνα καὶ σὺ νικᾷς τοὺς σοφιστάς, ὦ φίλε. —

---

[1] Cf. fragg. 52, 49, 112, 171, 182.

[2] Frag. 68, 10–12 = fere 129, 5 sq. = 23; cf. Ath. 7, 303 f–304 a.

[3] Cf. Ath. 8, 358 d.

[4] Sed cf. Denis. *Com. Grec.* II, 364; Meinek. I, 373. — Kock. I, 760; Kaibel. in Pauly-Wissowae *Real-Encycl.* I, 2079.

[5] Sic versum scripserunt Kockius et Kaibelus (Ath. 10, 455 f.).

quae magister, fortasse Linus, de altero duorum puerorum dixit, qui, si Schenkelium, *Comm. Wölfflin.* 327, sequeris, Thamyras aut Orpheus et Hercules sunt. Argas certe ita commemoratur ut haud mediocriter laudari videatur. Sed hoc quoque conlato fragmento aliter illa intellegenda esse apparet. Qui enim nova in rebus musicis exempla introducebant, eis hic non favebat: Ath. 4, 131 a: Ἀναξανδρίδης ἐν Πρωτεσιλάῳ διασύρων τὸ τῶν Ἰφικράτους γάμων συμπόσιον . . . φησίν

(K. 41, vv. 16 sqq.) αὐλεῖν δ' αὐτοῖς Ἀντιγενείδαν,
Ἀργᾶν δ' ᾄδειν καὶ κιθαρίζειν
Κηφισόδοτον τὸν Ἀχαρνῆθεν,
μέλπειν δ' ᾠδαῖς
τοτὲ μὲν Σπάρτην τὴν εὐρύχορον,
τοτὲ δ' αὖ Θήβας τὰς ἑπταπύλους
τὰς ἁρμονίας μεταβάλλοντας.

Alios paucos parodia perstrinxit;[1] fabulas suas quae victoriam non reportassent numquam retractasse dicitur. Cf. Chamaeleon. Heracl. apud Ath. 9, 374 a b: Ἀναξανδρίδης . . . ὅτε μὴ νικῴη, λαμβάνων (τὰς κωμῳδίας) ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί. καὶ πολλὰ ἔχοντα κομψῶς τῶν δραμάτων ἠφάνιζε, δυσκολαίνων τοῖς θεαταῖς διὰ τὸ γῆρας. . . . θαυμάζω οὖν πῶς ὁ Τηρεὺς περιεσώθη μὴ τυχὼν νίκης καὶ ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ.

Evbvlvm deinceps examinandum licet inducere. Cuius haud parvae sunt reliquiae, sed iudicia aperta, ut frag. 120 praetermittam, quo commemoratur Homerus, haud iudicatur, vix duo sunt aut tria:

(K. 26–27) Εὐριπίδου δ' ἔσωσας ὡς ἴσασί σοι—
. . . . . .
[ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', ἕξεις μοι χάριν;]
. . . . . .
καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἐγγελῶσι πήμασιν
τὰ σῖγμα[2] συλλέξαντες, ὡς αὐτοὶ σοφοί.

Quibus ex versibus in priore Dionysium Syracusanum appellari, Meinekium (III, 219) secutus, iudico. Fabulae enim ex qua haec

[1] Cf. fragg. 66, 67; Kock. II, 150, adn. in Πρωτεσίλαον.

[2] De hac re cf. supra, p. 183 et adn. 3.

petuntur Dionysio est nomen, quo certe eiusdem nominis tyrannus significatur; hic autem tragoedias scripsit nonnullas et eo denique in versu tragicum poetam constat aliquem inrideri. Quis igitur potius hic appellatur ac fortasse perstringitur quam idem ille? Alter autem versus, si re vera ab hoc scriptus est, Euripidis ex fabula repetitus per parodiam est iteratus, et duos hos posteriores ipse dicere videtur in scaenam inductus Euripides,[1] nisi vero, cum Schenkelio, *Comm. Wölfflin.* 327–328, haec quoque eidem Dionysio tribuimus, qui fabulis suis saepe Athenis explosis, incommoda queritur. Accedit ut in tragoedias eiusdem ineptas hac fabula eius nomine appellata saepe potuerit invehi. Tum ad scribendi rationem ab hoc ipso fortasse usurpatam haec spectant: — Ath. 2, 43 f: Εὔβουλος *εὑρετικούς φησι τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον,*

(K. 135) *τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν.*

τὰ αὐτὰ δ' ἰαμβεῖα καὶ Ὠφελίων *φησί* (frag. 4) — iudicium certe Epicharmo, Cratino aliisque dissimillimum, — et haec:

(K. 136) *ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ* Νικόστρατον.

Cf. Zenob. Milleri (*Mélanges*, p. 353): *εἴρηται ἡ παροιμία παρ'* Εὐβούλῳ *τῷ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητῇ. ἦν δὲ ὁ* Νικόστρατος *ὑποκριτὴς τραγικὸς δοκῶν καλλίστους ἀγγέλους εἰρηκέναι.*

Ex altero quidem iudiciorum genere hoc proferre licet, quod octo eius indices ab Antiphane quoque usurpantur. Qui tamen alterius fuerit imitator ex temporum ratione non liquet. Nonnullorum autem verba videtur mutuatus in suum usum convertisse, nisi vero alii potius hunc compilabant.[2] Tragicos, et imprimis Euripidem, saepissime per parodiam imitabatur, et multas fabulas multosque eorum versus singulos perstringebat.[3] Cuius rei hoc est exemplum:

(K. 72) *ὁ πρῶτος εὑρὼν τἀλλότρια δειπνεῖν ἀνὴρ*
δημοτικὸς ἦν τις, ὡς ἔοικε, τοὺς τρόπους. κτλ.

---

[1] Sic Kockius, II, 174.

[2] Cf. frag. 135 et Ophelion. 4; 150 et Ephipp. 3; 116 et Aristophont. 5.

[3] Cf. fabulas *Augen*, *Bellerophontem*, *Antiopam*, *Medeam*, *Oedipum;* Kock. II, 191, adn. ad frag. 75, v. 6; Meinek. I, 356; Peters. *Ar. iudicium de trag.* 70; praeterea fragg. 72; 26, v. 2; 64; 67; et *Dolon* comoediam, Homerici illius argumenti sine dubio parodiam.

Quocum conferendum est Theopompi frag. 34, supra, p. 190, adlatum. Chaeremonis autem tragici apparet in hoc fragmento similis inrisio: Ath. 2, 43 c (K. 151): τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμά φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν· κτλ.[1] Denique quattuor versus a se scriptos iteravit;[2] fabulam quandam Alcaei antiquae comoediae poetae fortasse retractavit.[3]

His quos iam nominavi poetis adiuncti sunt alii quoque complures mediae aetatis comoediae. Sed de his omnibus, Alexide uno excepto, breviter licet dicere, quorum fere nullus multa fragmenta, nedum iudicia multa reliquerit. NICOSTRATVS, Aristophanis filius, vel serio vel ridicule Euripidem, τὸν σκηνικὸν φιλόσοφον, ita laudavit:[4]

(K. 28) ‘οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ’ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.’
νὴ τὴν Ἀθηνᾶν συντόμως γε, φίλτατε
Εὐριπίδη, τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον.

atque in *Hesiodo* fabula, quoad ex indice solo conicere licet, poetas litterasque certe tractavit. Quendam autem versum duobus in fabulis usurpasse videtur;[5] semel quoque ex Chaeremonis tragoedia in suam fabulam aliqua verba transtulit,[6] et *Plutum*, patris fabulam, quam ille ipse olim retractarat, fortasse tertium mutatam docuit.[7]

Ex PHILETAERI fabulis praeter versus duos iteratos nihil est quod ad rem pertinet.[8]

AMPHIDIS haec sunt quae ad tragoediam sive tragoedias quasdam eo tempore omnibus cognitas spectare videntur:

---

[1] Sihler, *De parodiis*, 15, bene confert Chaeremon. 13 N., ubi simili ratione rosae appellantur Ὡρῶν σώματα.

[2] Frag. 67, vv. 4–7 = frag. 84, vv. 3–5, 7.

[3] Haec enim Meineki, II, 826, paulo incertiore freti ratione, est opinio. Cf. tamen Kocki adn. in Alcaei frag. 5 (I, p. 757).

[4] Petersius, *Ar. iudicium de trag.* 71, illum quod cupidior fuerit in fabulis philosophandi, ea de causa hic inludi arbitratur.

[5] Vide fragg. 3 et 19; cf. tamen Kocki, II, p. 220, adn. in frag. 3, et Crusi, *Philol.* XLVI, 614, varias sententias.

[6] Cf. frag. 19, 4 et Chaeremon. 2 N.

[7] Cf. Kock. II, 226.

[8] Frag. 5, vv. 2–3 = frag. 8.

(K. 30, vv. 5 sqq.) οὓς (sc. piscarios) ἂν ἐρωτήσῃ τις ἀναλαβών τι τῶν
παρακειμένων, ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος
πρῶτον σιωπῇ (καὶ δικαίως τοῦτό γε·
ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ)
ὡσεί τε προσέχων οὐδὲν οὐδ' ἀκηκοὼς κτλ.[1]

Tum, ut frag. 13 K. praetermittamus, quod cum scriptis Platonis vix esse coniunctum videtur,[2] mira indicum similitudo cum Alexide est commemoranda. Etenim duodecim communes inter se habent.[3] *Dithyrambus* denique eius et *Sappho* poeticis fortasse de rebus scriptae sunt, sed perdubia res est.

EPHIPPVS autem ea nominat quae in numero malorum habebat:

(K. 16) Διονυσίου δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δέοι
καὶ Δημοφῶντος ἄττ' ἐποίησεν εἰς Κότυν
ῥήσεις τε κατὰ δεῖπνον Θεόδωρός μοι λέγοι,
Λάχητί τ' οἰκήσαιμι τὴν ἑξῆς θύραν,
κυμβία τε παρέχοιμ' ἑστιῶν Εὐριπίδῃ.

Dionysius vero idem est ille, et tragicus poeta et Syracusanorum tyrannus, cuius supra ab Eubulo inrisi mentionem feci. Demiphon quis sit nescio; ultimi tres versus, quamquam quod ceterorum sententiam planiorem efficiunt, exscripsi, nihil ad litteras spectant. Theodorus enim tragoediarum est actor non scriptor, neque Euripides ille poeta, sed secundum Antiochum Alexandrinum apud Ath. 11, 482 c, φίλοινός τις — id quod Pickard-Cambridgius, *Select Fragments of the Greek Comic Poets*, p. 189, ignorare videtur. Commemorandus autem est locus complurium versuum quem hic iteravit: confer enim Ath. 8, 347 b: οὐκ

[1] Aristotelis quoque, *Poet.* 1460 a, 32, secundum sententiam ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἥκων exemplum est τοῦ ἀλόγου. Et haec vero Nauckius, Vahlenus, alii, Aeschyli ad *Mysos* pertinere, illa Amphidis ad eandem fabulam Kockius arbitratur. Cum tamen etiam Sophoclis esset fabula *Mysi* — neque Euripidis perdubia eiusdem nominis fabula omnino est reicienda — de illa scribere in mentem poetae venisse potest. Immo vero et Sophocles et Aeschylus et si qui erant alii qui hanc rem tetigerunt, omnes una propter talem personam fortasse inlusi sunt. — Ea quae de hac re breviter scripsit Steiger, *Act. Sem. Philol. Erlangen.* V, 54, conl. Ar. *Ran.* 911 sqq., me sententiam mutare non coegerunt.

[2] Quamquam Meinekius, I, 405–6, ex hoc fragmento conicit Platonem ipsum in fabula partes quasdam egisse.

[3] Cf. Meinek. I, 405.

ἀγνοῶ δ' ὅτι τὰ αὐτὰ ταῦτα (sc. frag. 5 uni et viginti versuum e *Geryone* fabula sumptum) εἴρηκεν ὁ Ἔφιππος κἀν Πελταστῇ τῷ δράματι (frag. 19), ἐν ᾧ καὶ ταῦτα ἐκείνοις ὑποτέτακται (quattuor addit versus). Praeterea est nihil.[1]

Tum ANAXILAS — de scita Kocki coniectura, II, 269 — Aeschyli fastidiosum nescio quem induxit loquentem : —

(K. 19) [τοῦ νῦν ἀκροᾶσθαι σύμφορον τῶν δραμάτων][2]
τῶν Αἰσχύλου πολὺ μᾶλλον εἶναί μοι δοκεῖ
ἰχθύδι' ὀπτᾶν. B. τί σὺ λέγεις; ἰχθύδια; κτλ. —

musicos, qui semper aliquid novi, raro aliquid boni, introducebant, improbavit :

(K. 27) ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη πρὸς τῶν θεῶν
ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον
τίκτει.

Quod ad alterum obscurius illud genus iudici attinet, et sese, quandoquidem nonnumquam versibus suis iterum utebatur,[3] et Antiphanem laudavit, cuius aliquot indices repeteret.

ARISTOPHON hac sola de causa est commemorandus, quod simile est eius fragmentum quoddam (K. 5) Eubuli fragmento (K. 116).

EPICRATES his versibus eos nominare videtur quos summos poesis amatoriae scriptores arbitrabatur :

(K. 4) τἀρωτίκ' ἐκμεμάθηκα ταῦτα παντελῶς
Σαπφοῦς, Μελήτου, Κλεομένους, Λαμυνθίου.[4]

Eundem autem Antiphanis Δύσπρατον fabulam aut iterum edidisse aut saltem ex ea nonnulla mutuatum constat.[5] Bis denique Cephisodori indicibus usus est.

---

[1] Fragg. 9 et 10 et indicem *Sappho* nihil momenti continere arbitror; frag. 7, sicut Anaxandridis frag. 9, idcirco non inseri quia eis quae scripserunt Liddellius et Scottus, *Greek-English Lexicon*, verbum παίγνιον his in locis idem significare quod *comoedia*, nullo modo adsentiendum censeo.

[2] Haec enim fere antecessisse statuit Kockius, loc. laud.

[3] Frag. 25, 3–4 = paene frag. 31, 2–3.

[4] Frag. 11 quamquam de Platone aliisque philosophis est scriptum et vv. 11–12 dicit nescio quis, ἐν γυμνασίοις 'Ακαδημείας | ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων, nostra tamen nihil interesse iudicavi.

[5] Cf. illius frag. 89 et huius frag. 5; Kock. II, 47; Meinek. II, 321–2; 414; Ath. 6, 262 d e.

CRATINVS IVNIOR Platonem inludit, sed potius sapientiam eius quam scripta:

(K. 10) ἄνθρωπος εἶ δηλονότι καὶ ψυχὴν ἔχεις;
B. κατὰ μὲν Πλάτων' οὐκ οἶδ', ὑπονοῶ δ' ὧδ' ἔχειν.

Atque etiam OPHELIONIS verba quaedam sunt hic laudanda quibus idem ille philosophus miro modo perstringitur: Ath. 2, 66 c d: ὅτι εἰς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο, πέπερι, φυλλίς, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον. . . . Ὠφελίων

(K. 3) Λιβυκόν τε πέπερι, θυμίαμα, βιβλίον
Πλάτωνος ἐμβρόντητον.[1]

Hunc autem comicum (frag. 4), sicut Eubulus (frag. 135), haud vinum sed aquam poetis res novas excogitantibus esse bibendam iudicasse iam supra, p. 203, est dictum. Μοῦσαι index, etiamsi huius est — et Meinekius, I, 415, perperam attributum esse censet — quid significet, nescio.

NAVSICRATIS denique in uno fragmento iudicium quoddam contineri videtur: Ath. 9, 399 e f: Ναυσικράτης ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Περσίδι . . .

(K. 3) ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
λέοντας ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον;
οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Nam sive, ut Meinekius, IV, 296, adn. ad frag. ccxcvii, Menandrum hic perstringi putes, sive, ut melius est, Hauptium, *Opusc.* II, 94, et Frantzium, *De com. Att. prologis*, 14, adn., secutus, haec verba esse decernas nescio cuius poetam propter leones commemoratos culpantis, hunc autem respondisse sese in fabula cui index esset Περσίδι, Persicas res non Atticas depingere, pertinet profecto nostram ad rem fragmentum.

Ac nunc nobis, multos poetas strictim persecutis, in uno loco paulo longius permanere licet, dum ALEXIDIS reliquias inspiciamus. Et primum vero Archilochus in fabula eiusdem nominis appellatur, —

(K. 22) ὦ τὴν εὐτειχῆ ναίων Πάρον, ὄλβιε πρέσβυ, κτλ., —

sed an vere iudicatus sit ille, immo an ipse in scaena fuerit — etsi propter indicem verisimile videtur — incertum est. Huius similis est

[1] Cf. Kaibel. ad Ath. loc. laud.; Hussey. *Class. Stud. in Honor of Drisler*, p. 92.

fabula *Aesopus*, quippe cuius litterae forsitan pars fuerint. In *Lino* autem Herculem fecit poeta ex multis libris unum eligentem:

(K. 135) ΛΙΝΟΣ. βιβλίον
ἐντεῦθεν ὅ τι βούλει προσελθὼν γὰρ λαβέ,
ἔπειτ' ἀναγνώσει, πάνυ γε διασκοπῶν
ἀπὸ τῶν ἐπιγραμμάτων ἀτρέμα τε καὶ σχολῇ.
Ὀρφεὺς ἔνεστιν, Ἡσίοδος, τραγῳδία,
Χοιρίλος, Ὅμηρος, ἔστ' Ἐπίχαρμος, γράμματα
παντοδαπά. δηλώσεις γὰρ οὕτω τὴν φύσιν,
ἐπὶ τί μάλισθ' ὥρμηκε. ΗΡΑΚΛΗΣ. τουτὶ λαμβάνω.
ΛΙΝ. δεῖξον ὅ τι ἐστὶ πρῶτον. ΗΡ. ὀψαρτυσία,
ὥς φησι τοὐπίγραμμα. ΛΙΝ. φιλόσοφός τις εἶ,
εὔδηλον, ὃς παρεὶς τοσαῦτα γράμματα
Σίμου τέχνην ἔλαβες. ΗΡ. ὁ Σῖμος δ' ἐστὶ τίς;
ΛΙΝ. μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος. ἐπὶ τραγῳδίαν
ὥρμηκε νῦν, καὶ τῶν μὲν ὑποκριτῶν πολὺ
κράτιστός ἐστιν ὀψοποιός, ὡς δοκεῖ
τοῖς χρωμένοις, τῶν δ' ὀψοποιῶν ὑποκριτής.

Sed haud multum in his versibus iudici perspicio nisi quod in numero eorum qui inter poetas summum locum obtinuerunt, mentio fit et Choerili et Epicharmi. Ille vero utrum tragoediarum fuerit scriptor an epicus ille poeta, incertum. Si prior sententia est verior, — id quod Naekius, *Choeril. Sam.* 5, arbitratur, — his fortasse de causis commemoratur, primum quod, sicut alii qui nominantur, antiquissimus erat, deinde quod partim, ut βασιλεὺς ἐν σατύροις,[1] alterius quoque poetarum generis dux quidam esse poterat. Si autem epicus erat, cum hoc honore conferendus est is quo ab Atheniensibus erat donatus, ut carmina eius una cum Homero publice, fortasse solemnibus Panathenaicis, legerentur.[2] Praeterea nescio an comicus noster, quandoquidem contentio quaedam de gloria virtutibusque Choerili et Antimachi exstitisse videatur,[3] hoc modo declarare voluerit sua quidem sententia illum esse meliorem. Epicharmi denique his praesertim de causis mentionem facere potuit et quod in numero antiquorum erat et quod fabulas eiusmodi scripsit quae

[1] Cf. supra, p. 193.
[2] Cf. Suid. s. vv. Χοιρίλος Σάμιος; Naek. *Choeril. Sam.* 89; Christ. *Gr. Litt.*³, 107.
[3] Cf. Sandys. *Hist. of Classical Scholarship*, 39.

iam aptiores essent ad imitandum. Postea autem in numero illo a grammaticis dato, qui *κανών* vulgo appellabatur, primum erat eius nomen.[1]

Ad tragicos spectant duo fragmenta:

(K. 126, v. 19) *ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες ὥσπερ οἱ θεοί,*

quibus verbis machina illa in tragoediis usurpata aliquantum derideri puto;[2]

(K. 178, vv. 3–4) *δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον*
πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντάς τι . . . κτλ.,

quo hic eodem modo Telephi mentione tragicos inludere videtur quo Amphis (frag. 30, supra, p. 205). Tragicam autem artem *Φιλοτραγῳδόν* fabulam scribens inrisit.[3] De Ararote, aemulo poetae, hoc est iudicium: —

(K. 179) *καὶ γὰρ βούλομαι*
ὕδατός σε γεῦσαι· πρᾶγμα δ' ἐστί μοι μέγα
φρέατος ἔνδον ψυχρότερον Ἀραρότος. —

de Arga, citharoedo quodam, alioque incognito, Choronico, hoc:

(K. 19) A. *Χορόνικος ὁ ποιητὴς ὁδί.*
B. *τίνων ποιητὴς ᾀσμάτων;* A. *σεμνῶν πάνυ.*
B. *τί πρὸς τὸν Ἀργᾶν οὗτος;* A. *ἡμέρας δρόμῳ*
κρείττων.[4]

Hunc quoque versum afferre licet, qui spectat, ut opinor, ad illam philosophi *διαλεκτικήν*, haud tamen maxime ad rem nostram:

(K. 180) *ἢ μετὰ Πλάτωνος ἀδολεσχεῖν κατὰ μόνας.*

Aliquot vero sunt indices quibus litterarum notio aliqua subicitur; inter quos numerare oportet et *Ποιητάς* et *Ποιητρίαν*, praeterea fortasse

---

[1] Cf. Sandys. *ibid.*, 130.

[2] Cf. Menandri fragg. 227, 278; et Crusium, *Philol.* XLVIII, 699.

[3] Cf. Denis. *Com. Grec.* II, 363.

[4] Choronicus, si Kockio credas, nomen est fictum aliunde non cognitum, si Kaibelio (adn. in Ath. 14, 638 c), id vero quod melius est, haud aliud est quam ille Telenicus a Phaenia loco Athenaei proximo, 14, 638 b c, commemoratus. Quo loco perlecto apparet de Arga congruere Alexidem et Phaeniam, fortasse autem de Choronico. Illud enim epitheton *σεμνῶν* cum ironia potest esse dictum.

Σωράκους, quod verbum ad artem scaenicam pertinuisse potest,[1] licet haud probabilis haec sit coniectura. Iam de artis ratione non modo haec scripsit:

(K. 149) οὐκ ἴστε ταῖς πλείσταισι τῶν τεχνῶν ὅτι
οὐκ ἀρχιτέκτων κύριος τῆς ἡδονῆς
μόνος καθέστηκ', ἀλλὰ καὶ τῶν χρωμένων
συμβάλλεταί τις, ἂν καλῶς χρῶνται, μερίς; κτλ.[2] —

quae ad quamvis artem pertinere possunt et a coquo certe dicta in versibus sequentibus arte ὀψοποιοῦ illustrantur, — sed haec quoque:

(K. 269) ἐπὰν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτοῦντ' ἴδῃς,
ἢ μὴ ποθοῦντ' ᾠδὰς ποιητὴν καὶ μέλη,
τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν
ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης
τὴν ἡμίσειαν, ζῶσι δ' ἀμφότεροι μόλις.

Quorum versuum ea interpretatio cuius auctor est Kockius vix est tenenda. Verba enim μὴ ποθοῦντ' ᾠδὰς quo modo significare possunt, *qui non dat operam carminibus?* Nec magis est verum id quod van Herwerdenus, *Mnem.* XIV, 188, coniecit, pro verbo ποθοῦντ' scribendum esse προτιθέντ'. Nam hoc loco illi viro μονοσιτοῦντι opponitur poeta, ut ita dicam, μονοποιῶν. Zacher, igitur, *Berl. phil. Woch.* XXII, 1221–2, recte interpretatur: vitae atque artis alteram partem amittere poetam illum qui suis ipse carminibus contentus carmina cantusque aliorum non gestiat audire.

Indicibus quidem imprimis Antiphanis et Amphidis,[3] rarius Eubuli ac Cratini usus esse hic videtur. Res autem forsitan et Cratini et Lysippi et Aristophanis[4] imitatus sit; Pollucis verba, 6, 35, — πρῶτος Ἐπίχαρ-

---

[1] Cf. Poll. 10, 129: . . . εἰ καὶ παρὰ τοῖς κωμῳδιοποιοῖς οὕτως (sc. σώρακος) ὀνομάζεται τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν.

[2] Quocum conferre licet et Arist. *Rhet.* 1358 b, 1–2, τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστιν, λέγω δὲ τὸν ἀκροατήν, et, si quis Porsoni aut Kocki coniecturam accipere vult, Philemon. 72, 4 sqq. —

οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ καλῶς πεπλασμένου,
[οὔτ' αὖ γραφῆς ὄνησις εὖ γεγραμμένης,]
ἂν μὴ τὸν αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ.

[3] Cf. supra, p. 205. Vter tamen utrum imitatus sit, difficile est decernere.

[4] Cf. Meinek. I, 390; Kock. I, 701, adn. in Lysippi frag. 1; Meinek. III, 321.

μος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἶτα Ἄλεξις — si fidem habent, parasitorum, Epicharmum secutus, primus apud poetas suae aetatis mentionem fecit.[1] Atque ut verba aliorum et aliter et per parodiam afferebat,[2] sic sua non est dubium quin haud raro repetiverit.[3] Fabulis quoque retractatis gaudebat, quippe qui e suis comoediis Φρύγα et Φιλέταιρον, fortasse Δορκίδα et Κρατεύαν, iterum ediderit,[4] ex alienis, Ἀλείπτριαν, Ἄντειαν, item fortasse Ὕπνον, Antiphanis.[5]

Nunc reliquorum poetarum huius aetatis iudicia, si placet, persequamur. Primum vero Axionicvs, ut Euripidem eiusque amatores ludificaretur, Φιλευριπίδην scripsit, cuius, praeter parodiam ludicram Euripidei cantici,[6] superest hoc iudicium perspicuum:

(K. 3) *οὕτω γὰρ ἐπὶ τοῖς μέλεσι τοῖς Εὐριπίδου*
ἄμφω νοσοῦσιν, ὥστε τἄλλ' αὐτοῖς δοκεῖν
εἶναι μέλη γιγγραντὰ καὶ κακὸν μέγα.

Deinde Dionysivs coqui persona Archestrati Γαστρονομίαν aliosque libros simillimos idcirco culpavit quia de arte illa coquinaria difficillima nec scribere nec dicere satis apte posset quispiam:

(K. 2, vv. 24 sqq.) *Ἀρχέστρατος γέγραφέ τε καὶ δοξάζεται*
παρά τισιν οὕτως ὡς λέγων τι χρήσιμον,
τὰ πολλὰ δ' ἠγνόηκε κοὐδὲ ἓν λέγει.
μὴ πάντ' ἄκουε μηδὲ πάντα μάνθανε
τῶν βιβλίων ὅσ' ἐστὶ καταγεγραμμένα,
κενὰ μᾶλλον ἢ ὅτ' ἦν οὐδέπω γεγραμμένα.
οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν περὶ μαγειρικῆς· κτλ.

Deinde Eriphvs versus complurès ab Antiphane mutuavit;[7] deinde Mnesimachvs[8] nescio quo modo fabulas Sybariticas commemoravit;

---

[1] Cf. Kock. adn. in Antiph. frag. 80 et contra Zacher. *Berl. phil. Woch.* VI, 715.

[2] Vide fragg. 282 et Eubuli 125; 3, 176, 236, 339, 343.

[3] Frag. 24, 3–4 = fere 110, 21 sq.; 48 = 110, 9–11; 67 = 247; 105, 2, = fere 246, 3.

[4] Cf. Ath. 10, 429e; Meinek. I, 403; Ath. 14, 663c; Meinek. I, 387; 395.

[5] Cf. Ath. 3, 123b, 127bc; Meinek. I, 393.

[6] Sc. frag. 4. Cf. Denis. *Com. Grec.* II, 364; Kaibel. Ath. II, p. 251, ad fin.

[7] Huius frag. 2, vv. 1–9 = paene illius frag. 58; cf. Ath. 3, 84b.

[8] Antiquiore loco hunc dignum esse quam ei dederit Kockius, haud ignoro. Cf. Koehler. *C. I. A.* II[2], 977, p. 408, col. III.

nam hoc testimonium proferre liceat: Schol. Ar. *Av.* 471: — τῶν δὲ μύθων οἱ μὲν περὶ ἀλόγων ζῴων εἰσὶν Αἰσώπειοι, οἱ δὲ περὶ ἀνθρώπων Συβαριτικοί. εἰσὶ δέ τινες οἳ τοὺς βραχεῖς καὶ συντόμους λέγουσι Συβαρίτιδας (Συβαριτικούς Meinek.), καθάπερ Μνησίμαχος ἐν Φαρμακοπώλῃ (K. 6). Deinde PHILISCVS ita illis gavisus est indicibus qui deorum sive dearum ex nominibus et verbo γοναί componuntur, ut eius generis scripsisset quattuor;[1] postremo SOTADES, — haud aliter quam Dionysius iam commemoratus, — litteras confirmavit nullo modo sufficere posse ad artem coquinariam tractandam:

(K. 1, vv. 34–35) . . . ἀλλὰ τοῦτ' ἔσθ' ἡ τέχνη,
οὐκ ἐξ ἀπογραφῆς οὐδὲ δι' ὑπομνημάτων.

Eiusdem comoediae aetatis ac hi sed aliquanto recentior fuit TIMOCLES, cuius quo paulo maiores conserventur reliquiae, quo autem poeta ipse plus antiquae in dicendo libertatis exercuisse videatur,[2] eo plura ad nostram quaestionem spectantia suppeditat. Et primum vero de tragoediae utilitate disserit, non prorsus saltem dissimilem eam arbitratus illius tragoediae Aristoteleae, quae δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν homines adiuvare oportuit:[3] Ath. 6, 223 b: Τιμοκλῆς δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς κατὰ πολλὰ χρησίμην εἶναι λέγων τῷ βίῳ τὴν τραγῳδίαν φησὶν ἐν Διονυσιαζούσαις

(K. 6) ὦ 'τάν, ἄκουσον ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν.
ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ἐπίπονον φύσει,
καὶ πολλὰ λυπήρ' ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρετο[4]
ταύτας· ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν
πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,[4]
μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα.
τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν ὢν γὰρ πένης

---

[1] Cf. Suid. s. vv. Φιλίσκος κωμικός; Meinek. I, 423–4.

[2] Cf. Meinek. I, 428.

[3] Cum ironia haec dici iudicant Ribbeckius, *Die dram. Parodieen*, 282, adn. 19, Patinus, *Trag. Grecs*, IV[7], 332, Saintsburius, *History of Criticism*, I, 25, adn. 1; nescio an recte. Athenaei tamen verbis haudquaquam fulciri haec sententia potest.

[4] Hos versus emendare conati sunt van Herwerdenus, *Mnem.* XXIV, 402 (cf. *Burs. Jahresb.* CXVI, 322), et Richardsius, *Class. Rev.* XIII, 427.

πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
ὁ νοσῶν τι μανικὸν Ἀλκμέων' ἐσκέψατο.
ὀφθαλμιᾷ τις, εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί.
τέθνηκέ τῳ παῖς, ἡ Νιόβη κεκούφικεν.
χωλός τίς ἐστι, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
γέρων τις ἀτυχεῖ, κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.
ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος
τὰς αὐτὸς αὑτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει.

Tum de oratoribus praeter illam Demosthenis numerosi iurisiurandi inrisionem (K. 38), de qua, et ab hoc et ab Antiphane facta, supra, p. 197, mentionem feci, tria iudicia exstant haec:

(K. 12) οὐκοῦν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν. B. πάνυ γε. A. δράσω τοῦτό σοι.
καὶ πρῶτα μέν σοι παύσεται Δημοσθένης
ὀργιζόμενος. B. ὁ ποῖος; A. ὁποῖος; ὁ Βριάρεως,
ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων,
μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὐδὲ πώποτε
ἀντίθετον εἰπὼν οὐδέν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων.

(K. 15) τόν τ' ἰχθυόρρουν ποταμὸν Ὑπερείδην περᾷς,
ὃς ἠπίαις φωναῖσιν ἔμφρονος λόγου
κόμποις παφλάζων ἠπίοις πυκνώμασιν[1]
πρὸς †πανδυσας ἔχει,
μισθωτὸς ἄρδει πεδία τοῦ δεδωκότος.

(K. 4, v. 7) ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερείδης κτλ.

De indicibus huius non opus est effusius dicere quod ut multorum unum duosve mutuatus est, sic nullius complures. Parodiae quidem sunt nonnullae,[2] quo in numero fabula Ὀρεσταυτοκλείδης habenda videtur, sed cuius tragoedia lusa sit ea non constat.[3] Vnam autem fabulam Ἰκαρίους retractatam esse, nullis fere nixus rationibus, statuit Meinekius, III, 600; id vero quod Kockius, II, 458, factum esse negat.

[1] Cf. Headlami coniecturam, *Class. Rev.* XIII, 7.

[2] Cf. frag. 13.

[3] Sic iudicat Meinekius I, 432 sq., sed cf. Patin. *Les Trag. Grecs*, IV^{7}, 330.

Sed reliquiis huius perspectis, veniamus ad eos, qui iam fere soli huius aetatis restant, THEOPHILVM et XENARCHVM, tum mox de novae comoediae poetis dicemus. Hic igitur, ut parodias aliquot praetermittam,[1] poetas aequales callidis cum piscatoribus satis lepide comparat: —

(K. 7) οἱ μὲν ποιηταὶ λῆρός εἰσιν· οὐδὲ ἓν
καινὸν γὰρ εὑρίσκουσιν, ἀλλὰ μεταφέρει
ἕκαστος αὐτῶν ταὔτ' ἄνω τε καὶ κάτω.
τῶν δ' ἰχθυοπωλῶν φιλοσοφώτερον γένος
οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδὲ μᾶλλον ἀνόσιον. κτλ. —

ille oratorem quendam frigidum inridet: Ath. 8, 340 d: — Θεόφιλος ἐν Ἰατρῷ ἅμα σκώπτων αὐτοῦ (Καλλιμέδοντος) καὶ τὸ ἐν λόγοις ψυχρόν·

(K. 4) πᾶς δὲ φιλοτίμως πρὸς αὐτὸν τῶν νεανίσκων ἔχει.
τέμαχος ἔλαβεν ἐγχέλειον· παρατέθεικε τῷ πατρί.
'τευθὶς ἦν χρηστή, πατρίδιον·' 'πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον;'
''ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε, φησί· ῥητόρων οὐ γεύομαι.'[2]

Sed consideremus aliquando[3] illos novae comoediae principes, nempe Philemonem, Diphilum, Menandrum; quos quidem mox perspicuum erit, — idque, ut videtur, nullius contra opinionem, — pro fragmentorum multitudine exiguum iudiciorum numerum nobis suppeditare. Etenim, ne in praesentia de illis obscurioribus dicam iudiciis, sunt omnino, quae inveni, apud primum illorum quos modo nominavi quinque; apud alterum fortasse quattuor; apud tertium denique, quamquam ad decem omnino fragmenta laudavi, vera et gravia sunt iudicia vix duo. Nec plura vero exspectares, quippe cum Plautus Terentiusque, qui has sibi poetas novae comoediae exemplaria ad imitandum proposita haberent, nihil fere iudici de litteris expresse enuntiarent.

---

[1] Cf. fragg. 1; 4, v. 21.

[2] Sic scripsit Kockius, quem haud certissimus sequor. — Callimedon certe κάραβος appellabatur; cf. Ath. 14, 614 e.

[3] Hic forsitan de dubiis Simyli cuiusdam fragmentis liceat mentionem facere, quae quamquam comici non esse videntur, perfectam et scribendi et iudicandi rationem praebent. Cf. Saintsbur. *Hist. Crit.* I, 25. Reperiuntur alterum in Stobaei *Floril.* 60, 4, alterum in Theophili Antiocheni opere ad Autolycum scripto, III, 7, ad fin. (Otto. Corp. Apol. Christ. VIII, 208.) Kockius non includit, — cf. eius Vol. II, 444, — Meinekius in praefatione tantummodo, I, xiii–xv, exscribit.

Iam PHILEMON primum et brevitatis veram rationem et Homeri laudes his versibus praeclaris proposuit:

(K. 97) τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἓν
μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς,
τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρόν,
μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ καὶ πολὺν χρόνον.
τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λαβέ·
οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
ἀλλ' οὐδὲ εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

Tum de Euripide haec habemus:

(K. 130) εἰ ταῖς ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες
αἴσθησιν εἶχον, ἄνδρες, ὥς φασίν τινες,
ἀπηγξάμην ἂν ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην.

Quae tamen sententiam poetae ipsius indicare[1] vix credere possim. Ab Euripide sane, cum alios comicos paene omnes,[2] tum Philemonem sermonis elegantis exempla sumpsisse constat, sed haec tam immodica verba alicui Φιλευριπίδῃ in fabula partis agenti aptiora sunt quam poetae comico.[3] Item aemulorum culpa fortasse aliqua Frantzi verbis continetur quae, nonnullis argumentis confirmata, in dissertatione *de com. Att. prologis* inscripta, p. 47, profert. Huius enim secundum coniecturam, Philemon rationem illam et ab aliis et a Menandro usurpatam, qua in prologis fabularum quae prodit persona Nocti aut Aetheri miserias suas ea de causa narrat, ut hoc modo spectatoribus totius fabulae argumentum exponat, omnino sprevit. Id quod, ut opinor, si vere factum est, haud sine iudicio factum est. Spectatores deinceps stupidos sic petit: —

(K. 143) χαλεπόν γ' ἀκροατὴς ἀσύνετος καθήμενος·
ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται. —

quibus vero se quoque aliquid laudat. Verborum autem de significatione atque usu haud raro et hic et alii huius aetatis poetae[4] sententias

[1] Nam sic arbitratur Denisius, *Com. Grec.* II, 431.

[2] Cf. Mahaffi *Hist. of Greek Lit.*[3] I, II, 260; Patini *Les Trag. Grecs*[7], I, 54.

[3] Cf. Patin. *ibid.* IV, 331.

[4] Cf. Diphil. frag. 30; Menand. 30, 1022 et frag. in Lex. Sabbait. 18, 16 (*Rhein. Mus.* XLVIII, 588–9); Philippid. 36; Euphron. 3.

exposuerunt. Bis enim in comoediis verbum βουνόν haud satis Atticum hic culpat: confer Eust. 880, 30 (K. 49): —Αἴλιος Διονύσιος λέγει ὅτι Φιλήμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα (βουνὸν) ὡς βάρβαρον· λόφον γὰρ καλοῦσιν. ἕτεροι δὲ ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. — et haec:

(K. 142) βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά —
B. τίς ἔσθ' ὁ βουνός; ἵνα σαφῶς σου μανθάνω.[1]

Indices autem Antiphanis imprimis usurpare solebat, quippe cum decem eidem vel consimiles sint illius. Paene totidem sunt Diphili similes, ex quo sane alterutrum ab altero mutuatum esse colligamus est necesse. Parodiam semel notavi, frag. 79, v. 1. *Cocalum* autem Aristophanis mutatam iterum edidit hic aut multa saltem ex ea fabula sumpsit: cf. Clem. Al. *Strom.* 6, 2, 26: τὸν Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱῷ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν.

Nunc alterum trium poetarum quos supra commemoravi, DIPHILVM, persequamur. Qui Euripidem, sicut Philemon, videtur quidem laudare, re vera tamen, ut opinor, parasiti alicuius persona ludicre inridet:

(K. 60) εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης·
'νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ ταλαίπωρός τέ μου
γαστήρ.' κτλ.

Haec autem opinio propterea probabilior est quia alio praeterea loco sic eundem inludit: Ath. 6, 247 a b: Δίφιλος . . . Εὐριπίδου μνησθεὶς (κύβος δέ τις οὕτως καλεῖται Εὐριπίδης) παίζων καὶ πρὸς τὸ τοῦ ποιητοῦ ὄνομα ἅμα καὶ περὶ παρασίτων τάδε λέγει (K. 73, vv. 3 sqq.)·

πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην; B. οὐκ ἄν ποτε
Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει'. οὐκ ὁρᾷς[2]
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν αὐτὰς ὡς στυγεῖ;
τοὺς δὲ παρασίτους ἠγάπα. λέγει γέ τοι
'ἀνὴρ γὰρ ὅστις εὖ βίον κεκτημένος
μὴ τοὐλάχιστον τρεῖς ἀσυμβόλους τρέφει,

---

[1] Cf. Rutherford. *New Phrynichus*, CCCXXXIII.

[2] Verbum ὁρᾷς documento esse hoc iudicium ad fabulas potius in scaena perspectas quam lectorum in manibus perscriptas pertinere monet Roemer, *Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXII, 50. Praeterea cf. eiusdem verba *ibid.*, pp. 65 sqq.

ὄλοιτο, νόστου μή ποτ' εἰς πάτραν τυχών.'
A. πόθεν ἐστὶ ταῦτα, πρὸς θεῶν; A. τί δέ σοι μέλει;
οὐ γὰρ τὸ δρᾶμα, τὸν δὲ νοῦν σκοπούμεθα.

Accedit quod paratragoedia usus illam Antiphanis querimoniam de meliore tragicorum fortuna, supra, p. 199, frag. 191, prolatam, repetit:

(K. 30) ὦ τόνδ' ἐποπτεύουσα καὶ κεκτημένη
Βραυρῶνος ἱεροῦ θεοφιλέστατον τόπον,
Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε,
ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία
ἔστιν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις.[1]

Sappho vero huius fabulam potius ad amores quam ad litteras pertinuisse supra, p. 187, dictum est; conferre autem licet Ath. 13, 599 d (= K. 70): καὶ γὰρ Δίφιλος ὁ κωμῳδιοποιὸς πεποίηκεν ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραστὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα. Sed etiam inter eiusmodi res pauca carminum iudicia introducta sint fere necesse est. Reliquum est unum fragmentum quo Demosthenem significari bene suspicatur Kockius, II, 577:

(K. 122) μόνος γὰρ ἦν λέγων
ἄκουσμα κἀκρόαμα.

Quod autem ad indices attinet, ne Philemonis iterum (cf. supra, p. 216) mentionem faciam, Antiphanem atque Alexidem imitabatur. Accedit quod Anaxandridis versum quendam fortasse iteravit,[2] et denique duas suas fabulas, Συνωρίδα et Αἱρησιτείχη,[3] fortasse etiam duas alienas, Nicostrati Ἑκάτην et Philemonis Σικελικόν,[4] iterum edidit.

Menandri, ut ad eum nunc veniamus, unum de Carcino superest iudicium quo, si Meinekium, I, 510–511, sequimur, obscuri eius aliorumque tragicorum versus culpari videntur: — Photius (K. 525): Καρκίνου ποιήματα· Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ, αἰνιγματώδη. ὁ γὰρ Καρκίνος Ὀρέστην . . . ἀναγκαζόμενον ὁμολογῆσαι ὅτι ἐμητροκτόνησεν ἐποίησε δι' αἰνιγμάτων ἀποκρινόμενον. — unum de huius aequalibus: Plut. *Mor.* 19 a: ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν

Martialem, 9, 11, 13 sqq., haec imitatum esse censet Crusius, *Philol.* XLVI, 630. Nam illius frag. 78 = huius 136.

[3] Cf. Ath. 6, 247 c; 11, 496 f–497 a.

[4] Cf. Meinek. I, 453; Kock. II, 498. Temporis certe ratio obscura est.

(K. 217) ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην, θεά,
θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,
ἀδικοῦσαν, ἀποκλῄουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,
μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

Cum enim alii, praesertim Philemon, bonas depinxerant meretrices aliquas, — id quod ex Ath. 13, 594 d, colligi potest, — Frantzio, *de com. Att. prol.* 68, haud sine causa videtur Menander eos his in versibus culpasse. Quod si verum est, simile est hoc iudicium Euripidis Aeschylum Sophoclemque culpantis, — de qua re iam in initio opusculi dixi. Simile est autem huic fragmento in quo Meinekius, IV, 177 et 297, conlatis locibus Ter. *Phorm.* 19, *Eun.* 6, poetam ipsum per prologum aemulorum criminibus respondentem dicere iudicat:

(K. 358) ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

His versibus nonnihil laudantur nescio qui viri, οἱ πάλαι σοφώτατοι:

(K. 559, vv. 3–4) λέγουσι δ' αὐτὸν (sc. λόγον) οἱ πάλαι σοφώτατοι
ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.

Tria autem leviora sunt iudicia, quibus personas alias qui parum recte in fabulis loqui videbantur aliae reprehendebant: —

(K. 30) οἱ δ' ἁρπάσαντες τοὺς κάδους τοὺς στρογγύλους
ὕδρευον ἀνδρειότατα κηπουροὶ πάλιν.
B. 'ἤντλουν' λέγειν δεῖ καὶ 'κάδους' οὐ δεῖ λέγειν,
ἀλλ' 'ἀντλιαντλητῆρας.'

Poll. 1, 79 (K. 1022): κοιτών· εἰ γὰρ καὶ Μένανδρος αὐτὸ βαρβαρικὸν οἴεται, ἀλλ' Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος (fr. 6) τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτοῦ κτλ.

Lex. Sabbait. 18, 16: A. . . . . οὐκ ἔμβαρος.
B. τί ἔμβαρος; ἀρχαϊσμὸς οὗτος ῥημάτων.[1] —

unum fortasse de arte poetica: —

(K. 622) τἀπίθανον ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει
ἐνίοτε μείζω καὶ πιθανωτέραν ὄχλῳ,

quo vero verbis dissimilibus usus sententiam efficit comicus illius Aristoteleae similem, *Poet.* 1460 a, 26, προαιρεῖσθαί τε δεῖ ἀδύνατα εἰκότα

[1] Sic emendavit Kockius, *Rhein. Mus.* XLVIII, 589; cf. Blaydes. *Advers.* II, 347; Philemon. 49, 142.

μᾶλλον ἢ δυνατὰ ἀπίθανα. Vnum autem est iudicium in quo nescio quis suadendi rationem exponit haud aliter quam Quintilianus, 1, 2, 30, "Maxima," inquit, "pars eloquentiae constat animo":

(K. 472, vv. 3 sqq.) τούτῳ λαλήσας ἡμέρας σμικρὸν μέρος
εὔνους ἐγὼ νῦν εἰμι. 'πειστικὸν λόγος'
πρὸς τοῦτ' ἂν εἴποι τις μάλιστα τῶν σοφῶν.
τί οὖν ἑτέρους λαλοῦντας εὖ βδελύττομαι;
τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.
τὸ γὰρ λέγειν εὖ δεινόν ἐστιν εἰ φέροι
βλάβην τινά.

Ac postremo et spectatoribus blanditur, —

(K. 11) θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι, —

et sese quasi laudat cum eisdem hoc imperat:

(K. 887) ἐξάραντες (sc. τὰς χεῖρας) ἐπικροτήσατε.

Nam quamvis trita usitataque postea haec sint facta et mera verba, hoc tempore veram forsitan aliquam significationem habuerint.

Indices autem, ut ceteri huius aetatis poetae, sic Menander, multos aliis a poetis mutuabatur, sed praecipue ab Alexide, Antiphane; complures autem sunt ei cum Philemone Diphiloque communes. At ceteris artis in partibus Euripidem est imitatus; nam illum hic, ut ait Quintilianus, 10, 1, 69, "admiratus maxime est, ut saepe testatur, et secutus quamquam in opere diverso." Nec desunt apud huius reliquias et multi illius versus integri et multi paulum mutati.[1] E quibus nonnulli fortasse potius parodiae quam imitationis exempla appellandi sunt, sed hoc apud Menandrum minus idcirco est credibile quod ea hic argumenta, ut Graecis vocabulis utar, μυθικά et πολιτικά, quibus parodia maxime est apta, plerumque profecto vitabat. Sed praeterea alios poetas paulo rarius imitatus est.[2] Olim autem duo libri erant hac de re scripti, et

---

[1] Cf. fragg. 202, 1; 218; 225; 263; 348, 1; 366; 414; 657; 669; 713; 801; 852; 1109; 1112; fortasse 1106, 1122; et sine dubio alia quoque talia inveniri possunt. Cf. locum Meinek. *Quaest. Menandr.* 42 sq. ap. Kock. III, 18, laudatum.

[2] Frag. 845 = Antiphanis 288; 758 = Soph. 78 N. — Fortasse hic item enumeranda sunt frag. 760 et ἀμφισβητήσιμα multa, 1088, 1090, 1093, 1094 aliaque. Vita Aristophanis xxviii, 69 sqq., significari Menandrum Aristophanem vere imitatum esse non

παράλληλοι Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαί, quem Aristophanes grammaticus ille, et περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου liber quem Latinus quidam scripsit.[1] Ad haec bis quod scio versus suos iteravit,[2] et fabulas nonnumquam alienas retractavit, quarum vero in numero habendae sunt Ἐπίκληρος, Οἰωνιστής Antiphanis,[3] fortasse Θησαυρός Philemonis.[4] *Andriae* autem eius et *Perinthiae* multa erant communia, ut ait Terentius in sua *Andria* (vv. 9 sqq.) :[5]

Menander fecit Andriam et Perinthiam.
qui utramvis recte norit, ambas noverit:
ita non dissimili sunt argumento, et tamen
dissimili oratione sunt factae ac stilo.

Restant nunc ea fragmenta sola quae sunt minorum aliquot poetarum et quae, scriptore incerto, ἀδέσποτα vocantur. Ad ea igitur ingrediamur et omnium comicorum tractatas aliquando concludamus reliquias.

Quo in numero APOLLODORVM primum nomino. Hic enim Homeri illum navium κατάλογον fere omnium rerum longissimum gravissimumque ratus sic scripsit:

(K. 13, vv. 15 sqq.) ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ φίλε, θεῶ,
ὑπὸ Λαισποδιῶν γάρ εἰσιν ἀνατετραμμέναι,
σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν.[6]

idem, ut Cato, oratorem arbitratus virum esse bonum, haec praecipit:

---

puto, sed tantum eiusmodi fabulas usurpasse, φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν continentes, quae ibi commemorantur. — De Olivieri sententia, *Riv. di Fil.* XXIX, 567 sqq., Homeri quoque parodiis Menandrum usum esse, quam contra Scherransium, *De poetarum com. Att. studiis Homericis*, 50, proposuit, v. Holzinger. *Burs. Jahresb.* CXVI, 305–6.

[1] Cf. Euseb. *Praep. Ev.* 10, 3, p. 465 d; Meinek. *Menand. et Philem. rel.* xxxiii. Has vero disputationes ut aliae eius generis quae in Sophoclem, in Vergilium, in Miltonem nostrum, in alios sunt scriptae, haud multum praeter aliquot imitationis exempla, sive de industria sive temere ac fortuito facta, ostendisse puto.

[2] Frag. 136 = 476; 72 = 143.

[3] Cf. Harp. 226, 8 (Dind.); Ath. 9, 373 c; Euseb. loc. laud.

[4] Cf. Kock. II, 486; Philemonis frag. 33 et Menandri frag. 239.

[5] Cf. autem Donati adn. ad vv. 10, 13; Kock. III, 14.

[6] Cf. Scherrans. *De poetarum com. Att. studiis Homericis*, 51.

(*ib.*, vv. 1–4) δεῖ τὸν ἀκροατὴν καὶ συνετὸν ὄντως κριτὴν
πρὸ τῶν λεγομένων[1] τὸν βίον διασκοπεῖν,
ποῖός τις ὁ λέγων καὶ πόθεν, καὶ τὴν ἀκμὴν
ἐκ παιδὸς αὐτοῦ πρὸς τί καταθέμενος.

Tum PHILIPPIDES Euripidis versum commemorat: —

(K. 15) ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα,
Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾴων ἔσει.
'οὐκ ἔστιν' ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.'
εἶναι δ' ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα. —

sed nihil his laudis significari puto, quippe cum huic qui praeterea fabulam Φιλευριπίδην, Axionici ut videtur similem, scripsit,[2] haud congruens talis sit laus. Idem vero comoediam defendit contra oratorum criminationes, ac Demetri Stratoclisque facinoribus nefariis commemoratis inquit:

(K. 25, v. 7) ταῦτα καταλύει δῆμον, οὐ κωμῳδία, —

id tamen quod non tantum ad litteras quantum ad mores spectat. Barbarum autem verbum quoddam, sicut Philemon aliique (cf. supra, pp. 216, 218), inridet: Photius (K. 36): κοράσιον· παιδισκάριον· κοράσιον δ' οὐ λέγεται, ἀλλὰ καὶ κεκωμῴδηκεν Φιλιππίδης ὡς ξενικόν. Cf. Schol. B. *Il.* 20, 404: (κοράσιον) μᾶλλόν ἐστι Μακεδονικόν.

Quod genus iudici apud EVPHRONEM quoque repertum est: Ath. 11, 503 a: ὃν ἡμεῖς ψυγέα καλοῦμεν, ψυκτηρίαν τινὲς ὀνομάζουσιν· τοὺς δ' Ἀττικοὺς καὶ κωμῳδεῖν τὸν ψυγέα ὡς ξενικὸν ὄνομα. Εὔφρων ἐν Ἀποδιδούσῃ·

(K. 3) A. ἐπὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὸν ψυκτηρίαν,
τὸ τευτλίον δὲ σεῦτλα, φακέαν τὴν φακῆν,
τί δεῖ ποιεῖν; σὺ γὰρ εἶπον. B. ὥσπερ χρυσίου
φωνῆς ἀπότισον, Πυργόθεμι, καταλλαγήν.

Hic autem *Musas* fabulam scripsit, sed similior videtur Epicharmi fuisse eiusdem nominis comoediae quam Phrynichi.[3] Nec alia eius iudicia

---

[1] Cf. Kaibel. *Herm.* XXVIII, 48; Kock. *Rhein. Mus.* XLIX, 162.
[2] Cf. Egger. *Hist. Crit.*[2], 71; Meinek. I, 341.
[3] Cf. frag. 8 (K. III, p. 321).

inveni. Nihil enim attinet comparationem illam poetae cum coquo afferre: —

(K. 11, vv. 15–16) οὐδὲν ὁ μάγειρος τοῦ ποιητοῦ διαφέρει·
ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη.[1] —

nisi vero ea monstratur huius aetatis viros magis cenis quam libris sese dedidisse.

Baton autem simili ratione de libris non poetarum sed coquorum mentionem facit:

(K. 4) εὖ γ', ὦ Σιβύνη, τὰς νύκτας οὐ καθεύδομεν,
οὐδ' ἀνατετράμμεθ', ἀλλὰ κάεται λύχνος,
καὶ βιβλίον ἐν ταῖς χερσί, καὶ φροντίζομεν
τί Σόφων καταλέλοιπ' ἢ τί Σημωνακτίδης
ὁ Χῖος, ἢ Τυνδάριχος ὁ Σικυώνιος,
ἢ Ζωπυρῖνος. κτλ.[2]

Accedit quod duarum ex quattuor eius fabulis indices eidem sunt qui Philemonis duarum.

Deinceps vero nominandus est Epinicus qui, ut Mnesiptolemi historiam levem atque absurdam perstringeret, fabulam totam scripsit cui multum veri iudici fuisse apparet: Ath. 10, 432 b: ἔπινον οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ. . . . Ἐπίνικος γοῦν, Μνησιπτολέμου ἀνάγνωσιν ποιησαμένου τῶν ἱστοριῶν ἐν αἷς ἐγέγραπτο ὡς Σέλευκος ἐπηλφίτωσε, γράψας δρᾶμα Μνησιπτόλεμον, καὶ κωμῳδῶν αὐτὸν καὶ περὶ τῆς πόσεως ταῖς ἐκείνου χρώμενος φωναῖς ἐποίησε λέγοντα (K. 1)·

ἐπ' ἀλφίτου πίνοντα τοῦ θέρους ποτὲ
ἰδὼν Σέλευκον ἡδέως τὸν βασιλέα
ἔγραψα, καὶ παρέδειξα τοῖς πολλοῖς ὅτι,
κἂν τὸ τυχὸν ᾖ πραγμάτιον ἢ σφόδρ' εὐτελές,
σεμνὸν δύναται τοῦθ' ἡ δύναμις ἡ 'μὴ ποιεῖν.
'γέροντα Θάσιον τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺν
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου,
Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφυρώσας ὑγρὸν
κατῃσίμωσε πῶμα, καύματος λύσιν.'

[1] Cf. Machonis frag. 1, v. 4 (K. III, p. 324).
[2] Cf. Ellis. *Am. Jour. Phil.* XI, 142.

Denique ut Phoenicidis Ποιητήν, Paramoni Χορηγῶντα, Dioxippi Ἱστοριογράφον, Biotti Ποιητήν praetermittamus, — quae fabulae, tametsi litteras redolere videntur, vix unum iam praebent fragmentum, — neu rerum complurium et levium, ubi alios imitati sunt alii parvi momenti poetae, mentionem faciamus, restant nobis quinque poetae, quorum vero de quattuor, Theogneto et Alexandro et Nicolao et Nicomacho,[1] hoc unum dicendum est, eos nonnumquam alios scriptores, et praecipue Aristophanem, Euripidem, Philoxenumque, qui in deliciis erant huius aetatis poetis,[2] imitatos esse.[3] Quintus autem poeta, Straton, longissimum nobis suppeditat fragmentum quo eos exagitat qui verbis Homericis eruditionis ostendendae causa usi sint: Ath. 9, 382 b c: περὶ οὗ (μαγείρου) τοιαῦτα λέγει ὁ μεμισθωμένος·

(K. 1) Σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον, εἰς τὴν οἰκίαν
εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς
ὧν ἂν λέγῃ συνίημι. καινὰ ῥήματα
πεπορισμένος πάρεστιν· ὡς εἰσῆλθε γάρ,
εὐθύς μ' ἐπηρώτησε προσβλέψας μέγα,
'πόσους κέκληκας μέροπας[4] ἐπὶ δεῖπνον;' λέγε.

Alia multa eiusdem generis sequuntur; tum ὁ μεμισθωμένος,

25 'ἀγροικότερός εἰμ', ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου.'
'Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα;' 'καὶ μάλα
ἐξῆν ὃ βούλοιτ' ὦ μάγειρ', αὐτῷ λέγειν.
ἀλλὰ τί πρὸς ἡμᾶς τοῦτο, πρὸς τῆς Ἑστίας;'
'κατ' ἐκεῖνον ἤδη πρόσεχε καὶ τὰ λοιπά μοι.'
''Ὁμηρικῶς γὰρ διανοεῖ μ' ἀπολλύναι;'
'οὕτω λαλεῖν εἴωθα.' 'μὴ τοίνυν λάλει
'οὕτω παρ' ἐμοί γ' ὤν.'

Iterum alia similia, quae vero huic tam dubia incognitaque sunt

ὥστε με, inquit,

43 τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων
σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων· κτλ.,

---

[1] Hunc Pherecratis Μεταλλῆς quoque retractasse Meineki est opinio, II, 308–9.

[2] Cf. Kock. II, 177, ad frag. 37; III, 600, ad frag. 1173.

[3] Cf. Theognet. 1, v. 6; Alexandr. 1, et Kocki adn.; 8; Nicol. 1, vv. 2, 4, 44; Nicomach. 3, v. 2.

[4] Cf. Liddell. et Scott. *Lex.* s. v. μέροψ.

quibus ultimis vero verbis laudem haud parvam Philetae grammatici libris dari videtur. Eiusdem Stratonis et Philemonis aliquot sunt versus simillimi;[1] uter tamen ab utro mutuatus sit nescio.

Iam fragmentorum ἀδεσπότων, quae quidem sola restant, numerus est magnus, nec pauca sunt certe quae nobis sunt inspicienda. Sed primum, ut brevi prooemio utar, cum alia fragmenta, ut supra dixi, saepe dubia sint, tum haec multo magis. Nam horum, praeter usitatas difficultates quas semper crebras in hac quaestione habemus, ignoramus et qui fuerint scriptores et qua aetate sint scripta; saepe autem ne comici quidem constat ea esse. Ergo maxime in his cavere oportet, ne coniecturas incertas pro certis habeamus. Multa denique eorum quae prolaturus sum parvum iudici in sese continere mihi conscius sum.

Et primum vero haec inveni quibus Archilochus inridetur:

(Adesp. 748 K.) Ἀρχίλοχον πατεῖς.

Cf. Eust. 1684, 47: (Ἀρχίλοχος ἦν) δεινὸς ὑβρίζειν· ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν οὕτω σκώπτειν εὐφυῶν τό ‘Ἀρχίλοχον πεπάτηκας,’ ὡς εἴ τις εἴπῃ ‘σκορπίον ἢ ὄφιν ἢ ἄκανθαν.’ Tum, ut ad tragicos veniamus, quoddam Phrynichi carmen his verbis laudari videtur:[2]

(Adesp. 1317 K.) γλυκερῷ Σιδωνίῳ.

Cf. Hesych. δρᾶμα δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τῆς θυμέλης (*parodi*, Meinek.) ἄρχεται οὕτως· ‘Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες καὶ δροσερὰν Ἄραδον.’ διαβεβόητο δὲ τὸ μέλος τοῦτο. Euripides bis, vel etiam ter, culpatur: Schol. Eur. *Orest.* 234: μεταβολὴ πάντων γλυκύ· . . . κεκωμῴδηται δὲ ὁ στίχος. . . . φησὶ γοῦν ὁ κωμικός

(Adesp. 115 K.) ὁ πρῶτος εἰπὼν ‘μεταβολὴ πάντων γλυκύ,’
οὐχ ὑγίαινε, δέσποτ᾽. ἐκ μὲν γὰρ κόπου
γλυκεῖ᾽ ἀνάπαυσις, ἐξ ἀλουσίας δ᾽ ὕδωρ,
καὶ τἄλλα τοιαῦτ᾽· ἂν δέῃ δ᾽ ἐκ πλουσίου
πτωχὸν γενέσθαι, μεταβολὴ μέν, ἡδὺ δ᾽ οὔ.
ὥστ᾽ οὐχὶ πάντων ἐστὶ μεταβολὴ γλυκύ.[3]

---

[1] Straton. 1, 1–4 = Philemon. 123; sed cf. Meinek. I, 428.

[2] Cf. Phryn. fragg. 10, 11 N.; Meinek. IV, 632, CXIII.

[3] Cf. Valckenaer. *Diatribe in Eur. fragg.*, 229 sq.; Peters. *Ar. iudicium de summis tragicis*, 71.

Schol. Eur. *Or.* 742: οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ' ἤγαγεν] κωμῳδεῖται δὲ ὁ στίχος διὰ τὴν ταυτότητα. (Adesp. 826 K.) Aristid. 46, 307, 10: . . . τῆς τραγικῆς βοὸς τῶν ἱματίων τῶν ἠπημένων οὐδὲν διαφέροντες, ubi Schol. III, 728, 30 D. πολυειδὲς πεποίηται δρᾶμα Εὐριπίδης (Πολύειδος et Εὐριπίδῃ Nauck.), ἐν ᾧ βοῦν τρίχρωμον ποιεῖ εὑρῆσθαι. (Adesp. 1332 K.)[1] Illa tamen priora captiosa haud magni puto ad rem nostram pertinere; in altero fragmento verum inest Euripideae dicendi rationis iudicium; et in tertio aliud fortasse in eundem factum adversum latet iudicium. Agathonis apud Schol. Ar. *Thesm.* 98 sic mentio fit: — (Adesp. 825 K.) τοιοῦτον (sc. οἷον Ἀριστοφάνης) τὸν Ἀγάθωνα καὶ οἱ ἄλλοι κωμῳδοῦσιν, — sed cum Aristophanes illo in loco effeminatos propter mores formamque cum meretrice quadam Cyrene poetam tragicum comparaverit, parvi forsitan haec sint momenti. Paulo tamen infra idem ille versus eius molles perstringebat, qui hic quoque aliqua ex parte significari possunt. In his autem versibus tragici cuncti tanguntur: —

(Adesp. 472 K.) ἅπαντ' ἐκεῖνα μέστ' ἂν ἦν τραγῳδίας.

(Adesp. 553 K.) ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν, —

ex quibus certe colligere possumus, quamvis vera sint ea quae Wilamowitzius, *Eur. Herakles*, I[1], 112, confirmet, minime tragoediam ante finem belli Peloponnesiaci vere tragicam, sicut est hodie, fuisse, haud tamen multo postea eiusmodi fere semper eam habitam esse. In hoc alio versu poeta nescio quis petitur, cuius, dum fabula agitur, machina theatralis confracta esse videtur:

(Adesp, 750 K.) κράδης ῥαγείσης

[Plut.] *Proverb.* 2, 16: κράδη . . . ἡ ἀγκυρίς, ἀφ' ἧς οἱ ὑποκριταὶ ἐν ταῖς τραγικαῖς σκηναῖς ἐξαρτῶνται, θεοῦ μιμούμενοι ἐπιφάνειαν κτλ.[2] Myllus, nomen illud obscurum, ut a Cratino (frag. 89) sic ab alio nescio quo commemoratus est: (Adesp. 1085 K.) Phot. Μύλλος (cod. Λύλλος)· ποιητὴς ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος.

---

[1] Cf. Kocki adn. III, 632.

[2] His enim verbis credendum est, non ut Liddellius et Scottus, s. v. κράδη, loco Poll. 4, 128; cf. Haigh. *Attic Theatre*[2], 237. Cur autem hic usurpatum sit verbum κράδη, docet Crusius, *Philol.* XLVIII, 698.

Comicorum fortasse esse dicebatur

(Adesp. 499 K.) τὸ προπηλακίζειν παραπέτασμα ταῖς κλοπαῖς.

Cf. Hesych. ἀνεκαλαμήσατο· ἀνεθέρισεν (Adesp. 933 K.).[1] Hoc item in aliquem poetam potest esse scriptum:

(Adesp. 650 b, K. III, p. 755) λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία.

Ad musicos spectat unum fragmentum: —

(Adesp. 1254 K.) μέλη πάραυλα κἀκρότητα κύμβαλα, —

ad oratores rhetoricosque haec:

(Adesp. 294 K.) οὑριστικὸς δ' Εὐβουλίδης ὁ κερατίνας ἐρωτῶν
καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυρίττων
ἐπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν.

Eidem autem verbis apud Libanium Lucianumque solutis, quae olim, ut iudicat Kockius, comoediarum erant, peti videntur: Liban. π. δουλείας, II, 84, 18 (Reisk.): (οἱ δημηγόροι) λόγοις κεκαλλιεπημένοις | ἄγουσιν ὑμᾶς ὥσπερ (ὡσπερεὶ) βοσκήματα. (Adesp. 1520 K.)[2] Luc. *Tim.* 37: ΤΙΜΩΝ (πρὸς Πλοῦτον). λέγε· | μὴ μακρά (add. γε) μέντοι, μηδὲ μετὰ προοιμίων, | ὥσπερ οὑπίτριπτοι ῥήτορες. (Adesp. 1437 K.) Luc. *Rhetor. praec.* 11: εὑρήσεις . . . πάγκαλον ἄνδρα κτλ. . . . τούτῳ τοίνυν προσελθὼν καὶ παραδοὺς σαυτὸν αὐτίκα μάλα (fortasse ταχὺ) | ῥήτωρ καὶ περίβλεπτος (περίβλεπτός τε) καὶ ὡς ὀνομάζει αὐτὸς βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις . . . καταστήσῃ (ἔσει) |, τὰ τέθριππ' ἐλαύνων τοῦ λόγου. | διδάξεται γάρ σε παραλαβὼν τὰ πρῶτα μὲν ἐκεῖνα. (Adesp. 1467 K.) *Ibid.* 22: σιωπησάντων ἁπάντων ξένον τινὰ ἔπαινον ἐπειπεῖν τὰς ἀκοὰς τῶν παρόντων ἐπιστρέφοντα καὶ ἐνοχλήσοντα, ὡς ναυτιᾶν ἅπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ | τῶν ὀνομάτων. (Adesp. 1469 K.) Fortasse autem commemorare oportet frag. 432 in Grenfelli et Hunti *Oxyrhynch. Papyr.* III, pp. 74 et 69, — ibi enim persona videtur esse Ῥ]ητορικ(ός) sive ῥ]ητορικ(ός), — et hoc quoque:

(Adesp. 627 K.) . . . ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος,

cui tamen, si cum Weilo, *Rev. d. Études Grec.* I, 388, cum Menandri

[1] Cf. Kocki adn., III, p. 568.

[2] Cf. autem frag. adesp. 1464, quod tamen ad oratores magis rem publicam administrantes quam orationes habentes spectat.

frag. 97 coniungas, minus inest iudici. De philosophis vero confer haec: Numenius Euseb. *Praep. ev.* 14, 6, 14 (p. 733 c): ἡ Μοῦσα γὰρ αὐτοῖς (τοῖς Στωικοῖς) οὐδὲ τότε ἦν φιλόλογος . . . οὐδ' ἐργάτις χαρίτων, ὑφ' ὧν ὁ Ἀρκεσίλαος τὰ μὲν περικρούων, τὰ δ' ὑποτέμνων, ἄλλα δὲ | ὑποσκελίζων (add. τάχα) κατεγλωττίζετο | αὐτοὺς καὶ πιθανὸς ἦν. κτλ. (Adesp. 1506 K.)

Denique duo sunt genera iudiciorum, quorum alterum vel ad sermonem alicuius in fabula ipsa partis agentis pertinet vel ad poetae alicuius oratorisve verba mendose scripta: Diogenian. 3, 41: ἁμαξιαῖα ῥήματα· μεγάλα κομπάσματα. (Adesp. 836 K.) Bekk. *An.* 29, 2: ἀπάτητος ἀρχή· οἷον καινή· καὶ ἀπάτητος λόγος καὶ διάνοια. καὶ ἀπάτητον πρᾶγμα. (Adesp. 940 K.) Id. *ib.* 65, 15: τυντλώδης καὶ ληρώδης λόγος· οἷον ὁ πεπατημένος καὶ κοινός· τύντλος γὰρ ὁ πεπατημένος πηλός. (Adesp. 909 K.) Id. *ib.* 20, 30: ἀμήρυτοι λόγοι· οἱ ἀνήνυτοι καὶ ἄπαυστοι καὶ μηδὲν πέρας ἔχοντες. μηρύεσθαι γάρ ἐστι τὸ ἔρια κατάγειν ἢ ἐξ ἀτράκτου ἤ τινος ἄλλου. (Adesp. 837 K.)

(Adesp. 503 K.) παίδων γάρ ἐστι ταῦτα μυθολογήματα.

Paroem. (Cohn.) 42, 15: ἀπόλογος Ἀλκίνου· ἐπὶ τῶν φλυάρων καὶ μακρολόγων. (Adesp. 743 b, K. III, p. 755) Bekk. *An.* 10, 28: ἀποφέρῃ πλέων· οἷον παραφέρῃ καὶ παρασύρῃ, διὰ τοῦ η̄. τίθεται δὲ ἐπὶ τοῦ ἁμαρτάνεις καὶ οὐδὲν πάγιον λέγεις. (Adesp. 1319 K.) Alterum autem haud parvum genus ad artem poeticam scaenicamve spectat:

(Adesp. 403 K.) τὸ μὲν λέγειν βροτοῖς
ἡ φύσις ἔδωκε, τὸ δὲ καλῶς λέγειν τέχνη.

Luc. *de parasit.* 19: ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτη | καὶ αὕτη (ἡ παρασιτική) θείᾳ τινὶ μοίρᾳ (add. θαυμασίως) παραγίνεται. (Adesp. 1457 K.) Bekk. *An.* 32, 22: γλαφυρὰ κωμῳδία· ἡ εὐτράπελος καὶ εὔρυθμος καὶ χάριτος μετέχουσα μεθ' ἡδονῆς. (Adesp. 856 K.)

(Adesp. 613 K.) ἤδη δὲ λέξω τὸν λόγον τοῦ δράματος.[1]

(Lex. Sabbait. 2, 13)[2]
ἄγε δή κ' ἀνδρείως ὥσπερ πύκτης ἀφίδρωσον καὶ πιτύλευσον
τὴν ῥῆσιν ὅλην καὶ κίνησον τὸ θέατρον.

---

[1] Cf. Richards. *Class. Rev.* XIV, 392.

[2] V. Kock. *Rhein. Mus.* XLVIII, 590, 30; Blaydes. *Advers.* II, 348, 30.

(Adesp. 1330 K.) ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν,
ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιών, ᾧπερ λαβὼν
χαίρει τις, καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς.

(Adesp. 864 K.) θάλαττα κοίλη

Cf. Eust. 1472, 5: ὅτι τὰ τοιαῦτα θέατρα θάλασσα κοίλη ἐλέγοντο Παυσανίας δηλοῖ. Poll. 1, 108: κοίλη θάλαττα . . . τραχυνομένη.[1]

(Adesp. 518 K.) αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῶν πολλῶν ψόφῳ.

Atque haec quidem hactenus. Nam tot iudicia apud comicos Graecos repperi, nec alia vero, quod scio, ibi supersunt.

Apparet sane ex his quae iam consideravimus artem litteras iudicandi, fere ab initio comoediae incipientem et mox a comicis antiquae aetatis perfectam, minime levem habitam esse. Quare nemo certe negare debet plurima Graecis in comoediis contineri litterarum iudicia; hoc enim paene incredibile nunc videtur. Quod tamen ipsum negat Saintsburius, *Hist. of Crit.* I, 23–24:[2] nam primum quod Aristophanem videamus ad litteras iudicandas multum deditum, haud ea de causa putandum esse confirmat ceteros quoque antiquae comoediae poetas similiter eidem rei studuisse. Immo sese ex fragmentis comicorum diligenter examinatis unum duove sola repperisse, eaque dubio incertoque modo, ad rem nostram spectantia. Quae vero quam mira sint omnibus apparebit qui ea quae iam contuli consideraverint. Nescio mehercule an obscurioribus illis iudiciis ipsis, ex arte poetarum examinata collectis, satis refutetur haec altera affirmatio; quanto magis cum et tot fragmenta, in quibus iudicia perspicua continentur, afferre et tot fabulas commemorare possimus, quas ad litteras imprimis constat pertinuisse.[3] Sed quod ceteros poetas idem arbitratur non tam litteris

[1] Cf. Meinek. IV, 628, XCV a.

[2] Symondsi autem *Studies of Greek Poets*, II³, 101, et Sandysi *Hist. of Class. Scholarship*, I, 55, si legas, fere nihil putes ullius momenti comicos iudicasse.

[3] Sunt enim eius modi Cratin. Ἀρχίλοχοι, Πυτίνη, Διδασκαλίαι, Κλεοβουλῖναι (?); Cratet. Ῥήτορες (?); Pherecr. Κραπάταλοι (?), Χείρων (?); Telecl. Ἡσίοδοι; Phryn. Μοῦσαι, Τραγῳδοί, Ἐφιάλτης (?); Ar., praeter *Ran.* et *Thesm.*, Γηρυτάδης, Ποίησις (?), Προάγων, Δράματα; Plat. Σκευαί, Σοφισταί (?), Λάκωνες ἢ Ποιηταί, Ποιητής (?); Amips. Σαπφώ (?); Stratt. Κινησίας; Nicochar. Ποιητής (?); Antiph. Τριταγωνιστής, Ποίησις, Πρόβλημα (?), Παροιμίαι (?), Σαπφώ (?) et aliorum poetarum fabulae huius indicis quattuor; Nicostrat. Ἡσίοδος (?); Amphid. Διθύραμβος (?); Ophel. Μοῦσαι (?); Alex. Ἀρχίλοχος (?), Ποιηταί (?), Ποιητρία (?), Φιλοτραγῳ-

iudicandis studuisse quam Aristophanem, — nam hunc saltem, op. laud., pp. 21–22, optimum perfectumque habet criticum, — eius rei ut melius errorem perspiciamus, tabulam quandam conscripsi quam mox proponam. In hac, autem, sub nomina singulorum poetarum enumeravi primum quot omnino fragmenta cuiusque essent;[1] tum quot cuiusque iudicia in hoc meo libello attulissem; denique quot fere fragmenta percurrenda essent ut unum iudicium invenires: —

Epicharmi	Cratini	Cratetis	Pherecratis	Teleclidis	Hermippi	Eupolidis	Phrynichi	Aristophanis	Platonis	Strattidis	Theopompi	Antiphanis	Anaxandridis	Eubuli	Alexidis	Timoclis	Philemonis	Diphili	Menandri
239	466	56	251	66	97	461	95	983	271	80	99	334	81	156	348	39	249	139	1130
5	43	2	8	7	2	23	9	55	17	7	7	14	5	4	9	5	5	4	10
48	11	28	31	9	49	20	11	18	16	11	14	24	16	39	39	8	50	35	113

Hoc quidem perspecto, in aperto fit in fragmentis saltem Aristophanis multo pauciora pro rata parte contineri iudicia quam aut Cratini aut Teleclidis aut Phrynichi aut Strattidis aut Theopompi aut Platonis, nec vero multo plura quam aliorum nonnullorum.[2] Quae cum ita sint, nobis

δός (?), Αἴσωπος (?), Κλεοβουλίνη (?); Axion. Φιλευριπίδης; Philippidis vel Philippi Φιλευριπίδης; Epinici Μνησιπτόλεμος; Phoenicid. Ποιητής (?); Paramoni Χορηγῶν (?); Dioxippi Ἱστοριογράφος (?); Biotti Ποιητής (?). Graecorum igitur, ut apparet, permultae sunt tales fabulae, sunt tamen quae similes aliis linguis scribantur. Apud Romanos quidem potius satura tales res quam comoedia sunt tractatae, sed nostra lingua sunt commemorandae fabulae Jonsoni *The Poetaster* (cf. Saintsbur. *Hist. of Crit.*, II, 198); Deckeri *Satiromastix or The Untrussing of the Humorous Poet;* Villiersi aliorumque *The Rehearsal;* Sheridani *The Critic.* Ex Germanis recentioribus, ut amice me admonuit Iohannes Albrecht Walz, hac in Vniversitate praeceptor, Goethius scripsit huius generis *Götter, Helden und Wieland,* et eiusdem aetatis huius fabulae consimiles aliae sunt nonnullae. Ex Gallis autem Molièrius scripsit *Critique de l' École des Femmes,* et *Impromptu de Versailles* quarum fabularum utramque aemuli nonnulli imitabantur. (Cf. Patin. *Études: Euripide,* II^{7}, 422.)

[1] Sc. apud Kockium, nisi quod Kaibelium, quod ad Epicharmum pertinet, secutus sum. Ea fragmenta non enumeravi quae nuper reperta in horum libris non sunt.

[2] Hanc rationem, etsi admodum iniqua non est, tamen vitiosiorem esse constat. Etenim Theopompi, quem exempli causa nomino, fragmenta saepe laudata plerumque multo minus sunt gravia quam Aristophanis.

certe decernendum litterarum iudicia cum iudiciis virorum per totam fere antiquae comoediae aetatem a Cratini fabulis veterioribus usque ad Aristophanis posteriores esse commixta.[1] Quod sane minime debet esse mirandum, quippe cum, — ut idem dicit Saintsburius, op. laud., p. 21, ipse vix sibi constans — antiqua Graecorum comoedia, in vita temporis versata et quasi implicata, litteras negligere quae tanta vitae Atheniensium erant pars, vix potuit.[2] Immo tres tantummodo ex maioribus poetis, Crates et Pherecrates et Hermippus vitasse plerumque litterarum mentionem videntur.

Mediae tamen comoediae poetae, exceptis Antiphane, Anaxandride, Timocleque, magis ab his quam ab illis, si tabulae nostrae credere possumus, exempla sumpsisse videntur et aliquanto quidem rarius sententias de aliis scriptoribus exposuisse. At Platonius hoc ipsum repugnare videtur cum, p. 5, 51 (Kaibel.), sic loquitur: ἡ δὲ μέση κωμῳδία ἀφῆκε τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, ἐπὶ δὲ τὸ σκώπτειν ἱστορίας ῥηθείσας ποιηταῖς ἦλθον. ἀνεύθυνον γὰρ τὸ τοιοῦτον, οἷον διασύρειν Ὅμηρον εἰπόντα τι <οὐκ εὖ> ἢ τὸν δεῖνα τῆς τραγῳδίας ποιητήν. . . . [confert Cratini *Vlixes*.] τοιαῦται γὰρ αἱ κατὰ τὴν μέσην κωμῳδίαν ὑποθέσεις εἰσίν· μύθους γάρ τινας τιθέντες ἐν ταῖς κωμῳδίαις τοῖς παλαιοτέροις εἰρημένους διέσυρον ὡς κακῶς ῥηθέντας κτλ. Similia sunt Meineki verba, *F. C. G.* I, 285. Mahaffius autem, *Hist. of Class. Greek Lit.*[3], I, II, 211, ne de aliis nostrae aetatis dicam,[3] comicos dicit, cum viros perstringere singulos non iam possent sese recepisse et ad alias res et ad litteras iudicandas. Quae quidem omnia vix recta videntur. Sed illorum priorum diligentius verbis consideratis, dicere eos reapse animadvertimus hoc tantum, parodiae imprimis lusu hos poetas scripta aliorum derisisse. Oportet igitur hic quoque, sicut antea, apertiora illa ac vera iudicia ab aliis per parodiam solam factis distinguere ac separare. Horum enim plurima ut in antiqua, sic in media comoedia inesse libenter concedimus;[4]

---

[1] Cf. Egger. *Hist. Crit.*[2], 39. Hic fortasse mihi licet commemorare, — id quod antea facere neglexi, — tertiam huius libri editionem (Paris, 1887). Re vera tamen nova editio haec non esse videtur.

[2] Verissime de hac re scribit Deschanelus, *Études sur Aristophane*[3], 264.

[3] Cf. Symonds. *Greek Poets*[3], 198; Jebb. *Greek Literature*, 100.

[4] Hac quoque in re, quamquam meo Marte non elaboravi, nescio an caute Meineki Graecique illius verba sint accipienda. Cum enim Sengebuschius, *Hom. dissert. prior.*, 175, longe plures demonstret indices atque argumenta Homerica in media comoedia quam in antiqua, dictionem tamen aetatis recentioris rarissime confirmat

illorum tamen maiorem partem apud antiquae comoediae poetas exstare, id fragmentis ipsis ratum habemus. Nequaquam enim mediae praesertim aetatis comicos dicere licet nobis ad litteras se recepisse, nec re vera antiquiores litteris iudicandis ab his superatos esse: primum, ut modo dixi, propter fragmenta ipsa; deinde quod multis annis ante finem antiqui generis comoediae argumenta reperiuntur, ut ita dicam, litteraria; denique quod nec Pherecrates nec Crates qui, sicut mediae aetatis comici, τοῦ λοιδορεῖν ἀπέστησαν, huic rei studere videntur. Quod autem, teste Ath. 11, 482 e, Antiochus Alexandrinus, ut admonet Meinekius, loc. laud., librum scripsit περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν, non summi momenti videtur. Nam hodie sane fragmentis solis usus, librum similem de poetis in antiqua comoedia inrisis quivis scribere possit. Immo vero si undecim Aristophanis fabulas aliquis usurpet, de poetis apud illum unum perstrictis libros conscribat complures. Quid igitur? Si omnes fabulas ut Aristophanis, sic Cratini, Eupolidis, Platonis, ceterorum antiquorum, integras nos haberemus, sicut Antiochus ille haud dubie poetarum mediae comoediae fere omnes fabulas habebat, libros quidem eiusmodi scribere possemus sescentos.

Hoc autem aliud de mediae aetatis comicis opus est dicere: plerumque iudicavisse eos vel potius ludificasse haud aequales scriptores sed vetustiores et iam mortuos.[1] Qua quidem re dissimiles erant antiquiorum, qui vivos imprimis petere solebant. Vera enim litterarum iudicia maxime sunt virorum iudiciis cognata, nec umquam, ut quidam putaverunt,[2] comicos ullius aetatis illa fecisse censeo propterea quod haec non facere possent. Nam cum viros singulos aequales non iam exagitabant poetae, tum scripta aequalium exagitare fere desistebant. Cum autem iam iterum exstitit poeta qui viros sui aetatis perstringeret, — qualis vero fuit Timocles — tum plura litterarum iterum evadebant vera iudicia. Id certe quod mediae comoediae aetate haud saepissime accidit; multo

---

Scherransius, *De com. Att. studiis Homericis*, 49, Homeri similem esse. Ribbeckius autem, *De usu parodiae ap. com. Athen.*, I, 5, parodiarum dicit longe maximam partem esse antiquae comoediae. Sed ea fortasse de causa id fit, quod fragmentorum quoque est maxima pars eiusdem antiquae aetatis.

[1] Cf. Meinek. I, 286. Excipiendi tamen hic quoque sunt Antiphanes aliique pauci.

[2] Cf. Muelleri et Donaldsoni *Gr. Lit.* II, c. 28, § 10; Mahaffi *Gr. Lit.*[3], I, 11, 211, 245; Patini *Études: Euripide*[7], II, 426; Denisi *La Com. Grec.* II, 279.

	Culpatur aliquis propter genus scribendi	Propter argumentum, dispositionem, res scaenicas	Propter mollitiam operum	Propter varias causas, aut nulla adhibita causa	Culpatur genus aliquod scripturae universum	Laudatur aliquis	De se gloriatur poeta	De ratione scribendi loquitur poeta	Spectatores culpantur sive laudantur	Furta alicuius commemorantur	Mentio fit alicuius sed nullum exstat iudicium	Incerta aut levia iudicia
Epicharmi	214, 147	....	....	....	....	88	....	132	......	....	4	....
Chionidis	....	....	4	....	....	....	....	....	......	....	....	....
Ecphantidis	....	....	....	....	2	....	....	....	......	....	....	....
Cratini	68, 307^2 217	85, 292	256 97	15, 334 335^2, 25 324*c*	9, 308 306^2 310	2, 6, 70 293, 36	186, 237 145, 146 323^2	199 195 196	307^2, 306^2 329, 347 23, 323^2 169	335^2 200	156, 305 236, 75	324*b* 185, 198 332 324*a*
Cratetis	19	....	....	....	....	....	....	24	......	....	....	....
Pherecratis	....	....	....	145	185	94	191, 122 79	....	96	....	....	208
Teleclidis	29	....	....	14, 40	....	....	....	....	4	39	16	37
Hermippi	....	....	....	....	....	46	....	....	......	64	....	....
Eupolidis	....	363, 54 188	139^2	57, 245 97, 96^2 95, 207 $367b^2$	244	139^2, 366 94, 96^2 $367b^2$	52^2	....	357	52^2 78	361, 447 200, 17 193	303
Phrynichi	69^2	....	33	69^2, 54	3	31, 65	....	....	......	....	72	86, 85
Aristophanis	646, 638 326, 599 151, 333 198, 90	612, 613 641, 227	130^2 169	327, 290 704, 149 150, 154 912	253, 254 152, 659 216, 490	643, 153 677, 678 667, 581^2 130^2 676*b* 471^2	528, 699 334	579^2 30, 685 471^2	579^2	581^2 376 580 54	223, 261 113, 411	222, 115 451, 430 31, 529 331
Platonis	132, 67^2 30, 168	134, 81	....	128, 173	130	....	....	52, 53	......	70, 67^2	102	99, 100 92, 87
Aristonymi	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	4
Sannyrionis	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	5
Amipsiae	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	28
Calliae	....	....	....	13	....	....	....	....	......	12	....	....
Lysippi	....	....	....	....	....	....	4^2	....	......	4^2	....	....
Metagenis	....	....	....	....	....	....	14	....	......	....	....	....

Strattidis	18	37, 54	....	15, 45, 46	....	1	....	....	......	....	....	....
Theopompi	3	....	....	....	50	33, 34	....	....	......	....	18, 15, 64	....
Antiphanis	207, 296 169, 112	....	....	113	209^3 85, 191^2	209^3	....	209^3 268, 29 191^2	......	....	1	67, 197 274
Anaxandridis	6	....	....	17, 41	....	....	....	....	......	....	....	15, 80
Eubuli	26, 27	....	....	....	....	....	....	135	......	....	....	136
Nicostratis	....	....	....	....	....	28	....	....	......	....	....	....
Amphidis	....	....	....	....	30	....	....	....	......	....	....	....
Ephippi	....	....	....	16	....	....	....	....	......	....	....	....
Anaxilae	....	....	....	19	27	....	....	....	......	....	....	....
Epicratis	....	....	....	....	....	4	....	....	......	....	....	....
Cratini Iun.	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	10
Nausicratis	....	....	....	....	....	....	....	3	......	....	....	....
Ophelionis	....	....	....	3	....	....	....	4	......	....	....	....
Alexidis	179	....	....	19^2 180	178	135^2, 19^2	....	149 269	......	....	135^2	22, 126
Axionici	....	....	....	....	3^2	3^2	....	....	......	....	....	....
Dionysi	....	....	....	2	....	....	....	....	......	....	....	....
Mnesimachi	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	6	....
Sotadis	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	1
Timoclis	38, 12	....	....	15	....	4	....	6	......	....	....	....
Theophili	4	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	....
Xenarchi	....	....	....	....	7	....	....	....	......	....	....	....
Philemonis	49, 142	....	....	....	....	130	....	97	143	....	....	....
Diphili	....	....	....	....	....	122	....	30	......	....	....	60, 73
Menandri	525, 30 1022	....	....	358, 217^2	....	....	....	217^2, 622 472	11	....	....	887 559
Apollodori	....	....	....	13^2	....	....	....	13^2	......	....	....	....
Philippidis	36	....	....	....	....	....	....	....	......	....	18	25
Euphronis	3	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	11
Batonis	....	....	....	....	....	....	....	....	......	....	4	....
Epinici	1	....	....	....	....	....	....	....	......	....	....	....
Stratonis	1^2	....	....	....	....	1^2	....	....	......	....	....	....

igitur rarius, vel fere numquam, apud poetas comoediae novae. Hi enim paene omnia omnino iudicia neglegunt. Haec hoc quoque modo enuntiari possunt: ex MMMDCXV fere antiquae comoediae fragmentis ad litteras spectare videntur CLXXXVIIII, hoc est undevicesima pars; ex mediae aetatis comoediis, quarum fere MCCCXXX sunt omnino fragmenta, LIII in hoc libello inclusi, hoc est vicesimam quintam partem; ex novae comoediae fragmentis, numero ad MDCCXXXX, attuli modo XXVIII, sive sexagesimam alteram partem.

Sed ut clarius perspiciamus quo modo comici iudicarint, tabulam eam alteram modo propositam confeci, qua perlecta quodque fragmentum ex eis quae consideravimus de qua re scribatur conspici potest.[1]

Hac autem tabula considerata, apparebit primum nonnulla iudici genera scripsisse antiquiores quae omnino neglegerent poetae posteriores. Nam multa certe his, et propter aetatem diversam et propter ipsum fabulae genus mutatum, erant mutanda. Quod tamen saepius hi pro rata parte rationem scribendi ac litterarum tractabant, id his de causis factum esse puto, et quod viri sapientes his rebus studentes cum in scholis tum libris iam plenius disseruerant, et quod cum risus spectatorum non iam continenter ad antiquae comoediae exemplum moveri esset necesse, in litteras ipsas rationemque earum quasi deverti interdum ex comoediae recta via poterant.

Restat locus huic disputationi haud minime necessarius de fide iudiciorum, — quam sint aequa iustaque et quanti ea facere oporteat. Cum tamen multi iam perspexerint pretiosissima esse comicorum de scriptis iudicia, vix certe consideranda erat haec res, nisi pauci e contrario oportere essent arbitrati fere nihil eisdem tribuere. Aristophanes autem, ut praeclarissimus, imprimis est petitus: illum enim, virum facetum, numquam ad seria animum attendere, atque eo minus fidum esse testem iudicemque sincerum; in eius conviciis nihil inesse veritatis; invidia aemulorum permotum et studio partium, nihil umquam iudicasse illum nisi acerbe hostiliterque.[2] Quibus vero criminationibus hoc modo

---

[1] Quae fragmenta simul plus uno ordine ponenda erant, ea numeris minoribus adiectis, sic (2) aut sic (3) distinxi.

[2] Cf. Groti *Hist. of Greece*, edit. 1888, VII, 17; Barnesi *Vit. Eurip.* c. 5, p. iv (edit. 1694); van Leeuweni *De Ar. Euripidis censore*, 119; Hameli opusculum, *Mém. de l'Acad. R. de Toulouse*, ser. III, Vol. I, 174; Mahaffi *Class. Greek Lit.*[3], I, II, 215; Pflugki *Eurip.*, I, xxvi; Setti *La Crit. Lett. in Ar.*, 77.

respondere possumus: Aristophanem suosque aequales, cum critici essent, tum primum comicos fuisse poetas; verissime de eisdem ea dici posse quae de Aristophane dixerit Plato, *Symp.* 213 c: γελοῖός ἐστί τε καὶ βούλεται. Hoc autem praecipuo ab eis suscepto negotio ut risus per fabulas moverent, saepe si veras comoedias scribere vellent et viros egregios et res optimas, dummodo ridicule depingi possent, perstringendas fuisse; saepe in maius res extollendas; semper fere vitia culpasque commemorandas sed laudes raro, — quid enim ioci virtutum mentione contineri? Vt ait Cicero, *de or.* 2, 236: Locus autem et regio quasi ridiculi . . . turpitudine et deformitate quadam continetur; haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter.

Sed etsi in tanta rerum iniquitate criticorum partes egerunt comici, plerumque tamen iudicio facto quasi acu rem tangunt. Aliquantulum certe veritatis nisi cuique erat iudicio nullo modo in comoedia locum poterat obtinere; nam comicae, ut ita dicam, comoediae non est reprehensio omnino falsa et contra omnem veritatem repugnans. Sed haec iudicia aliquid plus habent veritatis quam necesse est. Immo vero ne unum quidem repperi quod iusto iure iniustum putari posset; permulta autem abunde aliorum antiquorum verbis confirmantur. Quae quidem confirmatio nescio an maxime sit necessaria; nam hodie sane criticus qui cum plurimis aliis consentiat, haud semper est optimus. Fortasse tamen operae est pretium paucos citare testes antiquos, ac primum vero de universa comicorum fide. Aristides igitur, qui fidissimos eos de oratoribus iudicantes putavit, 46, 128, 20, inquit: τίνες οὖν ἂν μᾶλλον ἀξιόχρεῳ γένοιντο ἐπαινέται καὶ μάρτυρες τῆς ἐκείνου (sc. Περικλέους) δεινότητος καὶ δυνάμεως ἢ οἷς συνηθέστερον ψέγειν ἅπαντας ἢ κοσμεῖν; εἰ γὰρ οὗτοι φανεῖεν διδόντες τὴν ψῆφον, σχολῇ γ' ἂν ἄλλος τις ἀποστεροίη. ἐπὶ δ' ἄλλου μέν τινος πράγματος σκήπτεσθαι μάρτυρι κωμῳδοδιδασκάλῳ τάχ' ἂν οὐκ ἰσχυρὸν ἦν, εἰς δὲ λόγων κρίσιν μήποθ' οὕτως σεμνὸς γενοίμην ὥσθ' ὑπεριδεῖν τῶν ἀνδρῶν τούτων ὡς οὐδενὸς ἀξίων . . . οὐκοῦν τῶν μαρτύρων ἡμῖν τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ καὶ οἷς οὐκ ἐλάχιστον μετεῖναι φαίημεν ἂν τῆς περὶ ταῦτα ἐμπειρίας ὁ μὲν . . . εἴρηκε κτλ. Atque Athenaeus 1, 21 f: παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν τραγικῶν ἀποκεῖται πίστις.

Deinceps exempli causa Cratini Aristophanisque, quippe qui plurimum ad rem praebuerint, iudicia nonnulla conspectu iterum breviter ponamus,

ita tamen ut silentio iam praetereamus quae singulos ad viros haud spectent quaeque dubiae sint significationis.

Primum igitur Cratinus, ut praetermittam levem illam Homeri reprehensionem, qui *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος* cecinisset—nam et iudicium haud sine causa esse factum videtur et verba Homerica, quamvis vitiosa, nobis non displicent,—Archilochi acerbitatem commemorat (frag. 6), quam vero in proverbium apud Graecos venisse constat.[1] Tum Acestoris dixit res (*πράγματα*) dissipatas esse confusasque (frag. 85), sed huic iudicio fidem addere vix possumus propterea quod alii antiqui, excepto Callia, frag. 13 (supra, p. 187), ut barbarum tantummodo eum exagitant. Deinde Gnesippum, cuius mala et lasciva carmina hic perstringit (fragg. 15, 97, 256), et Chionidem (4 K.) et Eupolidem (139 K.) et Teleclidem (16 K.) similiter increpare vidimus. Vix igitur omnes iniuste. Philocles autem *λόγον* quendam corrupisse dicitur (frag. 292): nihil aliud vero iudicat Aristophanes, *Thesm.* 168, . . . *ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ.* At Teleclides (14 K.) contra Aeschyli ei esse ingenium arbitratus esse videtur, id quod, si paulo certiora essent verba, aliquid plus momenti haberet. At idem Philocles Sophoclem ipsum fabulam *Oedipum* dantem superavit. Quid igitur? Num posteritatis iudicia et quasi saecula ipsa iudicum eorum sententiam firmaverunt qui illi palmam detulerint? Immo vero, quod *Oedipus* omnium fere est hodie in manibus sed altera illa fabula nec exstat nec noscitur, hoc certe satis auctoritatis adiungit poetae nostri iudicio.[2] Deinceps Ecphantidem *Καπνίαν* appellat (frag. 334), nomen quidem aliqua ex parte obscurum, sed alios quoque idem ei constat attribuisse.[3] Quod autem Aristophanem dicit Euripidem imitari (frag. 307), id iam supra, p. 178 et adn. 1, vidimus illum ipsum concedere simulque rebus ipsis firmari; quod sese amplissimam copiam habere verborum, hoc quoque Aristophanes paene eisdem verbis, nescio an cum dissimulatione, iterat, *Eq.* 526 sqq.,

εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, καὶ τῆς στάσεως παρασύρων
ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.

---

[1] Cf. frag. adesp. 748 K., supra, p. 224.
[2] Cf. Roemer. *Abhandl. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXII, p. 41, adn. 1.
[3] Cf. Ar. *Vesp.* 151 et Schol. (*καλοῦσιν*).

Ac denique Periclis illi laudationi (frag. 293), quamquam multa similia afferri possunt,[1] quid opus est confirmatione?

Iam Aristophanis, ut eum quoque tractemus, multa in fabulis superstantibus iudicia alii iam pridem verissima esse demonstraverunt. Eis enim quae de Aeschylo, de Sophocle, de Euripide, de Agathone scripsit satis fidei addunt multi alii scriptores antiqui.[2] Nec vero in fragmentis minus fida invenimus iudicia: nam Aeschylum sane hunc laudasse sed simul eius duritiam improbasse supra dictum est (fragg. 643, 646): quid tandem aliud iudicat Longinus ille qui appellatur, *de subl.* 15, 5: τοῦ δ' Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάταις, ὥσπερ καὶ οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ' αὐτῷ κτλ. . . . ἐνίοτε μέντοι ἀκατεργάστους καὶ οἱονεὶ ποκοειδεῖς τὰς ἐννοίας καὶ ἀμαλάκτους φέροντος κτλ. Sophoclis autem de suavitate iudicium (frag. 581), ut hoc praeteream, quod illi ea ipsa de causa cognomen erat μέλιττα, bonum esse affirmat Dio Chrysostomus, II, 273 R., qui fragmentum profert: ὥστε μὴ εἰκῇ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ τὸν Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι κτλ.

At in Euripidem saltem perpetuae cavillationes imprimis forsitan in dubium vocentur.[3] Ac videtur sane iniusta illa tam diuturna atque acerba petitio. Sed et laudationem constat comoediae haud aptam esse, et hunc Euripidem, si quidem saepe eum imitabatur ac semel, licet fortasse cum dissimulatione, aperte laudavit, valde miratum esse. Adde quod, ut affirmat Lessingius, *De Ar. Euripidis Inrisore*, 48, numquam meliores eius fabulas perstringit; quod item quas res improbandas eligit, vix quispiam non una culpare potest. Nam primum quaesitas eius nominum interpretationes, quibus origines ille antiquo more indagare solebat, reprehendit (fragg. 327, 357), — id vero quod idcirco

---

[1] Cf. Eupol. 94, supra, p. 161, et adn. 4.

[2] Cf. Hennig. *Ar. de Aesch. poesi iudicia*, 26; Peters. *Ar. iudicium de tragicis*, 66 sqq., 74 sqq.; Schwab. *Ar. u. Arist. als Kritiker des Eur.*, 40; Setti *La Crit. Lett. in Aristofane*, 74 sqq.; Lessing. *De Ar. Euripidis Inrisore*, 7, adn. 1; Roberts. *Jour. Hell. Stud.* XX, 44 sq. Kruczkiewiczius, *Zeit. f. d. Oest. Gymn.* XLI, 1048, Majchrowiczi opusculum, *Über d. Verhältnis d. Ar. zu d. gleichzeitigen Komödiendichtern*, recensens, cum illo aliquid minoris comicorum iudicia facit.

[3] Cf. Rudloff. *De Ar. Euripidis Inrisore*, Berolini, 1865, qui cum aliqua ex parte illum a culpa defendat, acutum tamen hunc iudicat poesis aestimatorem et cui fere assentiat Aristoteles.

iustissimum apparet, quia Euripides talibus nugis saepissime indulgebat,[1] nec maxime certe est necesse Quintiliani, 5, 10, 31, testimonium afferre, talia apud Euripidem frigida esse. Tum autem per parodiam eius prologos petit (frag. 1), verbumque δρομάδες saepe usurpatum inridet (frag. 420): his quoque iudiciis fidem addunt fabulae ipsae. Nam ut similitudo prologorum paene omnibus cognita est,[2] sic verbum illud novies est repetitum.[3] Deinde fabulas eiusdem hic comparavit cum velleribus implicatis (frag. 638) et τὰς περιλαλούσας, τὰς σοφάς eas appellavit (frag. 376), — haud alia, ut videtur, sententia, quam qua a Quintiliano, 10, 1, 68, ille dicitur esse "in iis, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par." Accedit quod ut hic illius fabulas, quae saepe vehementissimos animi affectus depingunt, cum cibis delicatissimis confert (frag. 130),[4] sic auctor libelli *de subl.* 15, 3, eosdem scilicet affectus respiciens, sed aliquid plus laudis attribuens, ἔστι μὲν οὖν, inquit, φιλοπονώτατος ὁ Εὐριπίδης δύο ταυτὶ πάθη, μανίας τε καὶ ἔρωτας, ἐκτραγῳδῆσαι, et Aristoteles, *Poet.* 1453 a, 28, καὶ ὁ Εὐριπίδης . . . τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται. Denique simul eiusdem et sordidas culpat personas et τοῦ στόματος τὸν στρογγύλον aliqua ex parte laudat (frag. 471): illi crimini praeter fabulas ipsas et Sophocles et Aristoteles vires addunt: Arist. *Poet.* 1460 b, 33: Σοφοκλῆς ἔφη αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν, Εὐριπίδην δὲ οἷοι εἰσίν. *Ibid.* 1461 b, 19: ὀρθὴ δ' ἐπιτίμησις καὶ ἀλογίᾳ καὶ μοχθηρίᾳ, ὅταν μὴ ἀνάγκης οὔσης μηθὲν χρήσηται τῷ ἀλόγῳ, ὥσπερ Εὐριπίδης τῷ Αἰγεῖ, ἢ τῇ πονηρίᾳ, ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ τοῦ Μενελάου. Huius autem laudationis simile facit iudicium idem [Longinus] *de subl.* 40, 2: ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πολλοὶ καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις, ὅμως, κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι καὶ οὐδὲν ἐπαγομένοις περιττὸν ὡς τὰ πολλὰ συγχρώμενοι, διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα δ', ὅμως ὄγκον καὶ διάστημα καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι περιεβάλοντο, καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Φίλιστος, Ἀριστοφάνης ἐν

---

[1] Cf. Eur. fragg. 181, 182, 1094, 517, *Phoen.* 1494, *Troad.* 990, *Bacch.* 508, *I. T.* 32, *Or.* 1635, cetera; Bakhuysen. *De parodia in com. Ar.*, 195. Alios quidem multos idem fecisse constat; cf. Arist. *Rhet.* 2, 23, 29 et Copi adn.

[2] Cf. supra, pp. 180–181, adn. 1; Arist. *Rhet.* 3, 14, 6.

[3] Cf. Kock. adn. ad frag. 420 (I, p. 501).

[4] Cur talia de Euripide Aristophanes iudicia faceret exposuit Faircloughius, *The Attitude of the Greek Tragedians toward Nature*, 72 sqq.

τισιν, ἐν τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης, ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται. Conferre autem oportet Arist. *Rhet.* 1404 b, 24: κλέπτεται δ' εὖ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ· ὅ περ Εὐριπίδης ποιεῖ καὶ ὑπέδειξε πρῶτος. Quorum postremis verbis haud scio an ipsius Aristophaneae imitationis memor fuerit.[1]

Agathonis quidem antitheti (frag. 326) complura exempla afferri possunt:

(6 Nauck.) τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

(11 Nauck.) τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

(12 Nauck.) εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.[2]

Ac Plato philosophus nonnulla praebet ad rem: Ath. 5, 187 c: χλευάζει (Πλάτων) τὰ ἰσόκωλα τὰ Ἀγάθωνος καὶ τὰ ἀντίθετα.[3] Stheneli verba et hic (frag. 151) et Aristoteles una voce iudicant arida esse ac ieiuna: Arist. *Poet.* 1458 a, 18: σαφεστάτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινή· παράδειγμα δὲ ἡ Κλεοφῶντος ποίησις καὶ ἡ Σθενέλου. Quod ad fragg. 685 et 699 attinet, quibus hic urbanum suum elegantemque sermonem laudat, nemo, ut opinor, scribendi dumtaxat genus non miratur. Huius enim fabulas sicut alias antiquae comoediae affirmat Quintilianus, 10, 1, 65, sinceram illam sermonis Attici gratiam habere. De Cratetis ineptiis (frag. 333), de absurdis sophistarum verbis (fragg. 198, 90)[4] iudicia sine ulla confirmatione verissima esse constat, neque alia sunt fragmenta iterum proferenda. Cum igitur comici, si quidem his duobus sunt similes, considerate sapienterque fere semper de aliis videantur iudicia fecisse, vix certe extra modum prodi-

---

[1] Si quis aliud illud negare velit, hunc rarius illo vulgares depinxisse animos, socium sibi licet asciscere [Plut.] *Ar. et Men. Comp.*, p. 853 b.

[2] Cf. autem fragg. 8, 9 N.; Aelian. *Var. Hist.* 14, 13; Roberts. *Jour. Hell. Stud.* XX, 44 sqq.

[3] Cf. Haigh. *Trag. Drama*, 411; sed Aristoteles magis admirari quam Agathonem culpare videtur; cf. Haigh. loc. laud.

[4] Hoc autem iudicium (frag. 90) Aristoteles idem et conservavit et probavit: cf. supra, p. 176.

mus si eos credimus plerumque non solum viros facetos fuisse verum etiam litterarum iudices perspicaces.

Vt tamen aliquando summam faciam, comici primi apud Graecos in litteras iudicandas animos intenderunt; huic autem rei fere omnes per antiquam comoediae aetatem, postea tamen pauciores studuerunt; iudicia fecerunt permulta et acuta et iusta.